

ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT

ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT


FRIDERICVS THIERSCH.



TOM. I. FASC. III.



MONACHII IN LIBRARIA SCHOLARVM REGIA,
NORIMBERGAE APVD STEINIVM IN COMMISSIS.
MDCCCXII.



ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT

FRIDERICVS THIERSCH.

TOM. I. FASC. III.

MONACHII IN LIBRARIA SCHOLARVM REGIA,
NORIMBERGAE APVD STEINIVM IN COMMISSIS.
MDCCCXII.

Continentur in hoc fasciculo:

I. FRIDERICI IACOBSII Observationes Criticae in Anthologiam graecam. *Pars posterior.* Pag. 279 – 303.

II. FRIDERICI THIERSCHII de Copiis Victorianis in *Homerum*, *Hesiodum*, *Pindarum* et *Tragicos*. Pag. 307 – 337.

III. ALOYSII NICKELII Copiae Victorianae in *Aristophanem*. Pag. 341 – 404.

Additamenta ad Observv. Critt. in Anthologiam graecam, et ad Copias Victorianas in *Aristophanem*. Pag. 405 – 418.

Anthologia Carminum graecorum, auctoribus *Frid. Iacobsio* et *Frid. Thierschio*. Pag. 419 – 431.

I.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM.

AVCTORE

FRIDERICO IACOBS.

PARS POSTERIOR.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM.

PARS POSTERIOR.

Vt in Epigrammate *Bianoris* XII, 5. δὲ ὄλαι, sic apud *Lucillium* Ep. XCIX, 7. in membr. legitur: κεῖτο δὲ οὐδὲν ἔχων ὀβολοῦ πλέον. ubi *Planud.* κεῖτο δέ γ' οὐδέν. Melius *Brunchius:* κεῖτο δ' ὅγ' οὐδέν. Sed ille fortasse scripsit:

κεῖται δ' οὐδὲν ἔχων.

Certe praesens tempus narrationi accommodatissimum. In hoc Ep. v. 2. vulgo legitur: Θνήσκων Ἑρμοκράτης .. αὐτὸν τῶν ἰδίων ἔγραφε κληρονόμων. quod tempus rei vix convenit. Melius foret, quod in membr. est, ἔγραψε, si hoc metro

conveniret. Num igitur scribendum:

αὐτὸν τῶν ἰδίων γράψατο κληρονόμον.

Sunt loci nonnulli, in quibus articulus hiatum faciat. *Pallad.* Ep. XLII, 5. τοῦ τε τεταρταίου τὰ ἑλώρια καὶ κύνας ἀργούς. Idem Ep. XLVI, 8. καὶ τὸ ἔτος δέχεται. ubi membr. ἔθος, rectius. Idem Ep. CX, 2. καὶ τὸ ἔχειν σε φόβος, καὶ μὴ ἔχειν ὀδύνη. Et ap. *Agath.* Ep. XXXVII, 3. membr. et Plan. habent: αἴσιον εὑρήσεις τὸ ἐπαύλιον. ubi *Br.* τόδ' edidit; quod necessarium non videtur. Et alia sunt huius generis. Non quidem huc retulerim locum in *Crinagor.* Ep. XXIII, 8. ἔπι ὠρίσθην, quae est incerta *Reiskii* correctio. Sed in Ep. *Barbucallae* VIII, 2. ἐνναέταις κεῖμαι ἁ παναποτμοτάτα, vulgata vix emendationem admiserit. Nec fortasse Ep. ἀδέσπ. DXXII, 1. οὐκ ἄρα σοί γε ὀλίζον, nec *Ammian.* Ep. XII, 2. ὃν ποδαγρᾶν πρὸ ἐτῶν ἄξιον ἦν ἑκατόν. nec in *Archiae* Ep. IX, 6. ὁ δ' ἐν πελάγει εὔστοχον ἄρκυν ἔχοι. In *Nicarchi* Ep. XXIV, 3. ἢ γράψαι σε ἔδει ποῖον στόμα. legere possis: σέ γ' ἔδει. Sunt etiam loci quidam, in quibus η ante vocalem producitur. In Ep. ἀδ. DCLI, 3. ἢ ἵνα λυπήσῃς. *Antip. Sidon.* LIII, 5. ἐγὼ δὲ σοὶ ἢ ἐν ἔρωτι οὔριος. *Cyrus* Ep. I, 2. T. II, p. 454. ἢ ὑπὸ πέτρῃς. *Crinagor.* Ep. XLIV, 3. ἢ ἐπὶ Νείλῳ. ubi *Br.* ἢ ῥ' ὑπὸ Νείλῳ. Idem Ep. XXXIV, 1. μὴ εἴπῃς. *Callimach.* Ep. IV: μὴ ὑπόδεχθε. *Antip. Thess.* Ep. XLIV, 3. πέτρῃ

ἴκελος χρόα. Problem. arithm. Ep. XXVIII, 4. ἑκταίῃ μοίρῃ ἔνι.
Saepius etiam ω producitur ante vocalem. Vt in *Antip. Sid.* Ep. CX, 1, τεῷ ἐπί. Sed totum hoc Epigramma, quod erroribus scatet, adscribam, ut legendum videtur;

Τοῦτό τοι, Ἀρτεμίδωρε, τεῷ ἐπὶ σάματι μάτηρ
ἴαχε, δωδεκέτην σὸν γοόωσα μόρον.
ὤλετ' ἐμᾶς ὠδῖνος ἅπας πόνος ἐν σποδόν, ἐς πῦρ,
ὤλεθ' ὁ παμμέλεος γειναμένου κάματος.
ὤλετο χ' ἁ ποθενὰ τέρψις σέθεν· ἐς γὰρ ἄκαμπτον,
ἐς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων,
οὐδ' ἐς ἐφηβείην ἦλθες, τέκος· ἀντὶ δὲ σεῖο
στάλα καὶ κωφὰ λείπεται ἄμμι κόνις.

Praetereo eos locos, in quibus interiectio ὦ ante vocalem producitur, a quo genere hiatus ne Attici quidem abstinuerunt. Sed alia sunt. Ep. ἀδ. CXXV, 3. Πανὶ δέ μιν ξέσσαντες ὁδῷ ἔπι. *Paul. Sil.* Ep. XLV, 1. κέρας ᾧ ἔπι πουλὺν θῆρα βαλών. *Crinag.* Ep. XL, 1. παίδων ἀλλαχθέντι μόρῳ ἔπι. Epigr. Byzant. II, T. III, p. 132. τολμήσας Πρόκλῳ ἐπεκέκλετο. ubi membr. Πρόκλον. *Apollinar.* Ep. I, T. II, p. 283. γραμματικός ποτ' ὄνῳ ἐποχούμενος. *Alcaeus Mess.* Ep. VII. ἡρώων τὸν ἀοιδὸν Ἰῳ ἔνι παῖδες Ὅμηρον ἤκαχον, et v. 7. πάνῳ Ἴος. *Plato* Ep. XXII, 5. κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι. [In proxima *Platonis* Epigr. XXIII, 2. membr. Ἐκβατάνων πε-

δίῳ κείμεθα ἐν μεσάτῳ. Vulgo: κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ. Fortasse: κείμεθα μεσσατίῳ.] Ep. ἀδέσπ. DLXV, 7. αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων. *Erycius* Ep. XV, 5. κείνῳ δινήεντι καὶ ἀτρυγέτῳ ἐνὶ κεῖμαι Ὕδατι. *Alcaei Messen.* Ep. XVIII, 1. ὁ πρέσβυς ἐῷ ἐπιτέτροφε τύμβῳ βότρυν. *Antip. Thess.* Ep. XLIX, 5. γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ ἔκτανον. Sic scr. pro ἔκτανεν. *Ammian.* Ep. XXIV, 4. ἤδη σοὶ (sic Cod. non καὶ) προλέγω, Ὠριγένης λέγομαι. Ibid. v. 1. τοὺς ἀπὸ ἄλφα.

Notabo etiam nonnulla, in quibus ου ante vocalem producitur. *Agath.* Ep. XXXIII, 1. σὸς πόσις Ἀγχίσης τοῦ εἵνεκα. In proximo autem eiusdem Ep. v. 1. δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι., quum membr. ἀγαθηΐας habeant, videtur scribendum: Ἀγαθηΐα ἐννεάς. *Zosim.* Ep. IV, 3. ἀλλὰ καὶ ἐκ πόντου, ὁπότ' ἔσχισε νῆα θάλασσα. *Pallad.* Ep. XLVI, 12. μισθὸν ὅλου ἔτεος. In Ep. *Dionysii* VII. quod ἀδέσποτον est in membr. legere possis, μελισσοβότοι' Ἑλικῶνος, pro μελισσοβότου, sed vulgatam veriorem existimo. In Ep. ἀδ. XCVIII, 6. quod serioris poetae est, ad membr. ductum videtur legendum:

ἐκ βρόχθου ὀλίγοιο, τί σοὶ δῶ, τέκνον ἐμεῖο.

In Ep. *Tullii Laur.* Ep. II, 1. τὸν ἀλιτρύτου ἀπὸ κύμβος, fortasse ἀλιτρύτοι' ἀπὸ κ. scribendum est.

Hactenus plerumque de rebus ad rhythmos et me-

tricas rationes spectantibus disputavimus; nunc adiiciam nonnulla, iucundiora fortasse, de locis quibusdam in Codice depravatis, quos nos certiore ratione, quam adhuc factum est, emendare posse putamus; nec non de aliis, qui non librariorum, sed editorum erroribus corrupti, membranarum ope restitui possunt. Quod enim iam primum monui, *Brunckius* haud raro *Salmasii* coniecturas, iuveniles illas interdum et nimis calidas, in textum admisit, aut quod eas pro genuinis membr. haberet lectionibus, aut quod nimium tribueret eruditissimi viri auctoritati. Et omnino nimis se facilem praebuit doctissimus Analectorum editor in aliorum coniecturis admittendis. Vt in Ep. ἀδ. CCCXCVII, τίπτε μέγα κλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου, quae est coniectura *Ruhnkenii* Epist. crit. p. 122. pro lectione membr. μετοκλάζεις πετομένη. Vereor, ut alti clamoris ab ave sublati mentio huic loco accommodata sit. Illa potius locum *crebro mutando* aucupis se insidias vitaturam esse sperabat. At hoc est μετοκλάζειν, μετακαθίζειν *Suid. Homer.* *Ιλ. N*, 280. οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός, Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει. Non minus calide recepit commentum *Reiskii* in Ep. ἀδ. LXV, 3. ἐλπίζειν ἔξεστι; θέλεις δὲ τί; quum in membr. et Plan. sit: ζητεῖς δὲ τί; At noli dubitare scribendum esse:

ἐλπίζειν ἔστιν; ζηνείς δὲ τί;.

In Epigr. *Hadriani* I, T. II, p. 285. in quo donaria quaedam a Traiano Iovi Casio posita recensentur, membr. habent v. 3. ἄνθετο δοιὰ λίτα. quod si pro λῖτα est positum, aut metrum iugugulat, aut vix excusandae est negligentiae. Hanc ob causam *Br.* non dubitavit recipere *Boivini* coniecturam quantumvis audacem: ἄνθετ' ἄλεισα δύω πολυδαίδαλα. *Suidas*, qui, ut in plurimis locis, sic hîc quoque vitiosam Cod. lectionem repetivit in λῖτα T. II, p. 451. Traianum κρατῆρας ἀργυροῦς καὶ κέρας βοὸς κεχρυσωμένον dedicasse narrat T. II, p. 249. Hinc legendum videtur mutatione minima:

ἄνθετο δοιὰ δέπα πολυδαίδαλα, καὶ βοὸς οὔρου
ἀσκητὸν χρυσῷ παμφανόωντι κέρας.

δέπα posteriorem producit, ut ex δέπαα contractum. Sic σέλα in *Hesiodi* Theog. v. 867. et in Ep. *Bassi* V, T. II, p. 161. cuius ultimum distichon sic vulgo legitur:

καὶ τὴν μὲν τότ' ἔπερσαν· ἀνίκητος δὲ Καφηρεύς,
Ναύπλιε· σοὶ γὰρ πᾶν Ἑλλὰς ἔκλαυσε δάκρυ.

postremorum verborum depravationem et numeri arguunt, et sensus; nam *Brunckii* explicationem nemo facile probaverit. Varia tentat *Hieron. de Bosch* T. IV, p. 313. quae nimis recedunt, quamquam ad sensum bene coniecit: σοὶ γὰρ πᾶσ' Ἑλλὰς ἔδωκε δίκην. *Hub. van Eldick* ibid. p. 494.

σοὶ χαρμὴν Ἑλλὰς ἔχευσε δάκρυ. At γάρ haud facile abesse potest. Scribendum autem:

σοὶ γὰρ ἄποιν' Ἑλλὰς ἔκλαυσε δάκρυ,

tibi enim poenas solvens lacrimas profudit Graecia i. e. plurimi Graecorum perierunt, ut tibi filii iniusto iudicio circumventi poenas darent. Sic ἄποινα, quod a πᾶν proxime abest, *Pindar.* Ol. VI, 28. ὄφρα πελώριον ἄνδρα.. αἰνέσω πυγμᾶς ἄποινα. Ib. Pyth. II, 24. ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ Εὐαχία βασιλεῦσιν ὕμνον, ἄποιν' ἀρετᾶς. Ib. Nem. VII, 22. εἰ εὕρῃ τις ἄποινα μόχθων Κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς. et alibi. Cf. *Toup.* ad *Suid.* T. I, p. 376. I. *Matthiae* ad Hymn. Hom. p. 332.

Elegans est Ep. *Pauli Silentiarii* V. cuius duo priora disticha *Br.* sic edidit ad mentem *Salmasii*:

Ἡδὺ φίλης μείδημα τὸ Λαΐδος· ἡδὺ καὶ αὐτῶν
ἠπιοδινήτων δακρυχέει βλεφάρων·
χθιζά μοι ἀπροφάσιστον ἐπέστενεν ἐν κλινο-
κώμῳ
ἡμετέρῃ κεφαλὴν δηρὸν ἐρεισαμένη.

μειδη

V. 1. in Cod. legitur φιλοιμα τὸ Λ. unde apparet corrigendum esse: φίλοι, μείδημα. V. 3. autem vox κλινόκωμον *Salmasii* est inventum, qui eam de *lecto discubitorio* interpretatur, cum qua interpretatione in Lexica venit. Sed vereor, ne ipsi inde in perpetuum exulandum sit. Quomo-

do enim accidit, ut, cum simplex κλίνη priorem constanter producat, κλινόκωμον, quod non aliunde derivatum est, eandem syllabam corripiat? In membr. legitur ἐγκλινοδώμῳ ἡμετέρῳ κεφαλὴν, unde quid legendum esset, non difficile erat eruere. Hi versus igitur sic scribi debent:

ἡδύ, φίλοι, μείδημα τὸ Λαΐδος, ἡδὺ καὶ αὐτῶν
ἠπιοδινήτων δακρυχέει βλεφάρων.
χθιζά μοι ἀπροφάσιστον ἐπίστενεν, ἐγκλιδὸν ὤμῳ
ἡμετέρῳ κεφαλὴν δηρὸν ἐρεισαμένη.

ubi vides, duarum literarum transpositione suavissimam nobis ob oculos poni imaginem. ἐγκλιδὸν est ap. *Apollon. Rhod.* L. I, 790. ἡ δ' ἐγκλιδὸν ὄσσε βαλοῦσα Παρθενικὰς ἐρύθηνε παρηΐδας. quem ante oculos habuit *Oppianus* Cyneg. L. I, 355. ταὶ δὲ κλιδὸν (fortasse rectius ἐγκλιδὸν) ὄσσε βαλοῦσαι Θυμὸν ἰαινόμεναι τίκτουσ' ἁλιπόρφυρα τέκνα.

Vehementius etiam grassatus est *Brunckius* in Ep. *Antipatri Thessal.* LXVIII. in Glyconem athletam, quod in Analectis sic legitur:

Γλύκων, τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέος,
ὁ παμμάχων κεραυνὸς, ὁ πλατὺς πόδας,
ὁ καινὸς Ἄτλας, αἵ τ' ἀνίκατοι χέρες
ἔῤῥουτι, τῶν τε πρόσθεν, αἵ τ' ἐν Ἰταλοῖς,
αἵ θ' Ἑλλάδι τὸ πρῶτον, αἵ τ' ἐν Ἀσίδι,
ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπε.

Hic clarissimus Analectorum editor, a *Salmasio* in errorem abreptus, quum *unum* vocabulum depravatum esset, *quater* optimis membranarum lectionibus pessimas correctiones substituit. In Cod. enim Palatino v. 4. legitur: τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν, v. 5. οὐδ' Ἑλλ. et οὔτ' ἐν Α.[24] Quae omnia a *Salmasio* temere immutata, optime habent; unum vocabulum, quod corruptum est, ille non attigit. Videtur autem scribendum esse:

αἵ τ' ἀνίκατοι χέρες
ἔῤῥοντι· τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς,
οὐδ' Ἑλλάδι τις ἔπρωσεν, οὔτ' ἐν Ἀσίδι,
ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπεν,

quem vero olim nec in Italia, nec in Graecia, nec in Asia quisquam subvertit, eum Orcus omnia vincens deiecit. Quantillum intersit inter τις επρωσεν et το πρωτον, in oculos incurrit; nec πρῶσαι huic loco accommodatum esse dubitabitur, *Lucian.* T. VII, p. 141. ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστής, ἔχε τὰ μέσα.. ἐπίπρωσον καὶ βάθυ-

24) Negandi particula temere *Br. Salmasii* coniectura adoptata oneravit *Stratonis* Ep. XLIX, in cuius posteriore disticho membr. lectio verissima est, modo interrogandi signum in fine posueris:

ταύτην εἴ τις ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ τότ' ἐν Ἴδῃ,
τὰς τρεῖς ἂν ταύτῃ προκατέκρινε θεάς;

Recte τότε, *tunc, in illo Dearum certamine, Br.* ποτ' ἐν. Tum in membr. est ταύτη, omisso ι, ut in sexcentis aliis locis. In προκατέκρινε autem, quod *Br.* in οὐ κατέκρινε mutavit, prima syllaba ob vocis longitudinem producitur.

νον. Strabo Ep. XLVIII. καὶ πρῴσας πρόσπεσε καὶ κάτεχε. ubi vide Animadvv. T. II, P. 3. p. 93. In Epigrammate *Diodori Zonae*, quod sub *Heliodori* nomine in Analectis legitur T. II, p. 306, *Br.* v. 1 – 4, sic dedit ad mentem *Salmasii:*

μὴ σύ γε, μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδεται ὅσσε
ἀμφοτέρω κλεινοῦ, κοῦρε, Μεγιστοκλέους,
κῆν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος, ἀμφιδονεύοις
τὸν καλόν ....

In membr. est: εἴδεται ὅσσων Αμφοτέρων, et v. 3. ἀμφιδοναίῃς. In *Salmasii* correctione ne sensus quidem perspicuus. Vna lineola adiecta scribo: εἴδετ' ἀπ' ὅσσων Αμφοτέρων, Ex sequentibus subaudiendum ὁ καλός; φέρτερος autem ad mores referendum videtur: *licet pulchellus ille tibi ab oculis melior esse videatur et sincerior* [25] *nobili illo Megistocle.* Elegans usus praepositionis ἀπό. *Euripid.* Medea v. 216. οἶδα γὰρ

25) Eiusmodi pueri ἄκακοι appellari solent. In Epigr. *Stratonis* VI, 5. membr. habent:

οὐ λόγος ἡδὺς ἐκεῖνας ὁ παρνικός, οὐδ' ἄκαι. . .
βλέμμα, διδασκομένη δ' ἐστι κακειοτέρα.

Br. cum *Salmasio* dedit: ὁ παιδικός, οὐδ' ἀκέραιον βλ. prius omnino male, alterum probabiliter. Propius tamen ad membranarum ductus videtur scribendum:

οὐδ' ἀκάκητον

quod nihil diversum ab ἄκακον. Cf. *Valck.* ad *Theocr.* Adon. p. 202. *Ruhnk.* ad Timae. p. 16. Postremum vocabulum quomodo corrigam, non habeo. Brunckianum enim χερειοτέρα pro vero non habeo.

πολλοὺς βροτῶν Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο. *Theognis* v. 63. ἀλλὰ δοκεῖ μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι. *Dio Chrysost.* T. I, p. 221. ἄνδρα κυνηγέτην ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ τῆς στολῆς. In versu 3tio autem in ἀμφιδοναίης for tasse latet:

ἀμφάδ' ὀρώης

quod in Cod. sic scriptum esse debuit: ἀμφάδορωιης. Iam nihil est similius, quam ρ et ν; ω et α. Idem est ἀμφαδὸν et ἀμφαδά. Non minus audacter *Br.* edidit in *Luciani* Ep. VII, 5. 6.

πεινάσσαιμι γὰρ αὖθις ἔτι πλέον ἢ πρίν; ἐκείνης
εἰ χορτασθείην τῆς παρά σοι σπατάλης:

ubi *Salmasius* ἢ παρ' ἐκείνῳ sive ἐκείνοις in not. ined. Male. Verissima est enim membr. lectio:

πεινάσαιμι γὰρ αὖθις ἔτι πλέον ἢ πρὶν ἐκείνων,
εἰ χορτασθείην τῆς παρά σοι σπατάλης.

Quod h. l. sine varietate legitur, ἔτι πλέον, temere *Br.* obtrusit *Philetae* Ep. I, 1. *Salmasium* secutus: πεντηκονταέτις καὶ ἔτι πλέον ἡ φιλέραστος Νικίας. : quod speciem habet. Sed Cod. habet, ἐπὶ πλέον, idque verius. Iterum ap. *Antip. Sid.* XCIX, 1. μυρία τοι, Πτολεμαῖε, πατήρ, ἔτι μυρία μάτηρ Τειρόμενα θαλεροὺς ἠκίσατο πλοκάμους. Quod friget. Sed Palat. Cod. et *Suid.* in τείρει T. III, p. 451. stant pro ἐπὶ μυρία. In *Isocratis* Panegyr. p. 224. ed. *Aug.* ἐν τοῖς τελευταίοις τῶν κινδύνων ἐπὶ πλέον διενεγκεῖν,

quaedam edd. ἔτι, quod *Morum* probasse miror. Similiter erratum in *Platonis* Gorgia p. 453. A. ἢ ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι. ubi vide cl. *Heindorf.* T. II, p. 23. Simile ἐπὶ μᾶλλον, apud seriores crebro obvium, tuetur *Bast.* Lettre à Boisson. p. 147. Frequenter etiam ἐπὶ cum positivo adiectivorum coniungitur. *Callimach.* H. in Dian. v. 55. ubi verba sic distinguenda:

ἀκμόνος ἠχήσαντος ἐπὶ μέγα, πουλύ τ' ἄημα.

Sic ἐπὶ πολλόν. *Apollon. Rhod.* L. I, 661. ἐπὶ τυτθόν. Id. I, 1359. ἐπὶ δήν. Id. I, 516. ἐπὶ δηρὸν saepissime. *Antip. Thess.* Ep. LIII. πόντῳ γὰρ ἐπὶ πλατὺ δειμαίνοντι χαίρω. *Antiphil. Byz.* Ep. XXVIII. ἀλλ' ἐπὶ πουλὺ τρηχεῖαι. Hoc est etiam in vexatissimo Epigrammate *Callimachi* XLIV. ubi *Br.* iterum ἐπὶ mutavit in ἔτι. Sed totum carmen sic scribi debet:

α. Αἴνιε, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, οὐδ' ἐπὶ πουλὺ
ἦσθα·'' τί σέ, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
ἦ ῥα τὸ καὶ Κένταυρον; β. ὅ μοι πεπρωμένος ὕπνος
ἦλθεν· ὁ δὲ τλήμων οἶνος ἔχει πρόφασιν.

Iterum confusa ἐπὶ et ἔτι in *Asclepiad.* Ep. XVIII. ubi amans a puella exclusus conqueritur:

κληθείς, οὐκ ἄκλητος ἐλήλυθα· ταῦτα παθοῦσα
σοί μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοῖς στᾶσά ποτε προθύροις.

Sic *Br.* ex Apographo suo satis probabiliter. At

quum in membr. legatur, σοὶ μέμψετ' ἐπ' ἐμοῖς στᾶσα παρὰ προθύροις, nec verisimile sit, ποτὲ in παρὰ abiisse, illam lectionem veram esse dubitare licet. Scribendum autem:

σοὶ μέμψαιτ' ἔτ' ἐμοῖς στᾶσα παρὰ προθύροις.

Tibi illa queratur posthac, quum ad mea limina stabit exclusa. De hac significatione adverbii ἔτι diximus in Additt. Animm. ad Athen. p. 92. Similes imprecationes passim in amatoriis repeRiuntur Epigrammatis. Sic ap. *Rufin.* Ep. XXII. ὦ ῥυτίδες, καὶ γῆρας ἀνηλεὲς, ἔλθετε θᾶσσον, Σπεύσατε, κἂν ὑμεῖς πείσατε τὴν Ροδόπην, quod mihi in memoriam revocat aliud eiusdem *Rufini* Ep. XIX. ubi *Br.* ultimum distichon sic exhibet:

ἀλλοτρίας δὲ τρίχας, ῥυτίδας, αἰσχρόν τε πρόσωπον,
οἷον γηράσας οὐδὲ πίθηκος ἔχει,

cuius lectionis vitium ostendit ultima in ῥυτίδας producta. In membr. Palatinis, in quibus solis hoc distichon reperitur, sic est: ἀλλοτρίας δὲ τρίχας καὶ ῥυτῶδες τὸ πρόσωπον, unde una litera mutata scribendum:

ἀλλοτρίας δὲ τρίχας καὶ ῥυσῶδες τὸ πρόσωπον.

Simplici σ scripsi ῥυσῶδες, ut in Ep. *Nicarchi* I, 4: ἡ δὲ παλαιὴ Γραῖά με καὶ ῥυσή. ubi membr. ἦν δὲ καλ. quod etiam locum habet, modo post παλαιή distinguas, subaudito ἦ, de qua ellipsi monuit *Schaefer.* Meletem. p. 43. ad *L. Bos.* p. 605. et ad *Gregor. Corinth.* p. 153. — *Hesych.* ῥυσοῖσι, ῥερυσηκόσι, γεραιοῖς. Apud *Homer.*

Il. I, 499. χῶλαί τε ῥυσαί: vulgares edd. ῥυσσαὶ exhibent, vituperante Viro ill. *Heynio* T. V, p. 641: qui tamen priorem in ῥυτὶς produci minus recte statuit. Vnus est locus, qui huic sententiae faveat, ap. *Lucian.* Ep. VI, 2. οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις, qui error tamen transpositione verborum iam dudum sublatus est.
In *Antipatri Sidonii* Ep. LXXIV. quod docte tractavit *Huschke* in Anal. crit. p. 97. sensu caret v. 5. in membr. et Planudea:

ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος οὔασι κῶμος : : :

ubi *Br.* coniectura audaci: Διονύσοιο λελασμένος οὔποτε κώμων. quod *Huschkius* merito repudians correxit, membranarum lectione maximam partem revocata, Διωνύσου μεμελημένος ἤθασι κώμοις. Nihil verius est, quam κώμοις legi debere; sed propius ad vulgatae ductus corrigo:

ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος οἰνάσι κώμοις : : :

ubi una litera inserta, altera leviter immutata rem profligatam vides. Adiective οἰνὰς ponitur hoc loco, ut in Ep. ἀδ. CDXII. ὁ πρὶν ἀεὶ Βρομίου μεμεθυσμένος οἰνάδι πηγῇ. *Macedon.* Ep. XXXII, 7. ἡμετέρησιν ἐν ὀργάσιν οἰνάς ὀπώρη. Nec de forma οἰνάσι cum masculino κώμοις coniuncta facile quisquam dubitaverit post ea, quae de his adiectivis docte disputavit *Lobeck* ad *Soph.* Aiac. p. 270. sq. — Non maiore mutatione restituisse mihi videor *Dioscoridis* Ep. X. quod vulgo ita legitur:

Ιππον Ἀθήνιον ᾖσεν ἐμοὶ κακόν· ἐν πυρὶ πᾶσα
Ἴλιος ἦν, κἠγὼ κείνῃ ἅμ' ἐφλεγόμαν,
οὐ δείσας Δαναῶν δεκέτῃ πόνον· ἐν δ' ἑνὶ φέγγει
τῷ τότε καὶ Τρῶες κἀγὼ ἀπωλόμεθα.

Hîc primum mirare *Brunckii* inconstantiam, qui v. 2. *κἠγώ*. v. 3. *κἀγὼ* edidit. In membr. *κἀγὼ* legitur utroque loco. Sed hoc leve est prae altero. Inepta est vulgata, *οὐ δείσας Δαναῶν δεκέτῃ πόνον*, quod docui in Animm. T. I. P. II, p. 372. ubi tamen veram lectionem non vidi. Vna litera inserta scribendum videtur:

οὐδενίσας Δαναῶν δεκέτῃ πόνον.

ego simul cum Troia arsi, decennales illos Graecorum labores in contemtum adducens. Quod enim illi vix decimo anno praestiterant, id Athenion brevissimo tempore effecit. Verbum *οὐδενίζειν* Lexica ignorant cum multis aliis, quae in sola Anthologia occurrunt; compositum autem *ἐξουδενίζω* satis est obvium. Etiam *οὐδενόω* commemoratur et *οὐδενία*.

Frustra mutata est membranarum lectio in Ep. *ἀδέσπ*. CDXXXIV. de nave recens constructa, et fluctibus ex litore derepta; *τὸ δ' ἄγριον ἐπλήμμυρε Χεῦμα, καὶ ἐκ σταθερῶν ἥρπασεν ἠϊόνων Ὁλκάδα τὰν δειλαίαν ἀείκλονον*. Sic *Brunckius*. In Planudea: *τῇ δείλαιος ἀεὶ κλόνος*, ex praepostera *Planudis* emendatione. In membr. enim legitur:

ὁλκάδα τὰν δειλαίαν ἀεὶ κλόνος.

quo nihil verius. Iunge modo, τὰν ἀεὶ δειλαίαν. His verbis interpretationis causa adduntur sequentia: ἤ γε τὰ πόντου χεύματα κὴν χέρσῳ λοίγια κὴν πελάγει. *Theon. Alex.* Ep. I, 3. ὅτε πόντος ἐπὶ κλόνον ἤλασε φωτί. *Ioann. Barbuc.* Ep. VIII, 3. Ἥφαιστός μ' ἐδάμασσε μετὰ κλόνον Ἐννοσιγαίου. -Obiter corrige in *Gregorii Nazianzeni* Carm. XIII, 3. Opp. T. II, p. 87. C.

οὔ μοι χθὼν ἀτίνακτος, ἄλλα κλονέουσιν ἀῆται.

pro corrupto ἀλλὰ κλονέουσιν. — Non magis probanda correctio in *Agathiae* Ep. LVIII, 5.

ἡ δ' ἀρετή, σοφίης τε χάρις κἀκεῖσε συνέρπει,

quod *Br.* exhibuit ad *Reiskii* mentem pro eo, quod in membr. legitur: καὶ κεῖθι. Verissime *Hesych.* κεῖθι. κεῖσε. εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, quod ipsum quoque temere sollicitatur. *Aeschyl.* sept. c. Th. 795. ἐκεῖθι κῆλθον. *Oppian.* Hal. L. IV, 274. κεῖθι δὲ πουλύποδος νόος ἕλκεται. *Achilles Tat.* L. II, 14. p. 65. κεῖθι δυηπολίην σε φέρειν κέλομ' Ἡρακλῆϊ. Et ne haereas in sono καὶ κεῖθι, sic scripsit *Paul. Silent.* Ep. XXXVII, 5. εἰ δ' ἄρα που καὶ κεῖθι κατάσχετος ἔσσομαι οἴστρῳ. Praeclare hoc adverbium vulgari significatione *Bastius* Lettre à Boisson. p. 149. not. 56. ex Cod. restituit *Aeliano* in H. A. VI, 15. pro οἱ Κεῖοι. — In *Pauli Silent.* Ep. XXX, 7. 8. *Brunckius* legit:

μοῦνον ἐγώ, χαρίεσσα, τεὸν δέμας ἀγκὰς ἑλίξας
θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ἅψεσι βαλλόμενος.

ex coniectura *Brodaei*, quum in Cod. Pal. et ap. *Planudem* legatur βουλόμενος. Male omnino. Sed scribendum videtur:

θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ἅψεσι βοσκόμενος.

ut in eiusd. Ep. XI. καὶ περὶ δειρὴν ἄσχετα λυσσώων βόσκομαι ἀργυφέην. *Achill. Tat.* L. II, 37. p. 102. καὶ τοῖς ὀδοῦσι συμβάλλεται καὶ περὶ τὸ τοῦ φιλοῦντος στόμα βόσκεται.

In *Antipatri Thessalon.* Ep. XLII. narratur historia de duobus naufragis, de assere inter se digladiantibus. Hoc sic vulgo editur:

Κλασθείσης ποτὲ νηὸς ἐν ὕδατι, δῆριν ἔθεντο
δισσοὶ ὑπὲρ μούνης μαρνάμενοι σανίδος.
τύψε μὲν Ἀνταγόρης Πεισίστρατον· οὐ νεμεσητόν,
ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς· ἀλλ' ἐμέλησε Δίκῃ
νήχεθ' ὁ μέν· τὸν δ' εἷλε κύων ἅλιος. Παναλάστωρ
κηρῶν οὐδ' ὑγρῷ παύεται ἐν πελάγει.

Pisistratum ab Antagora superatum et de assere, quo uterque potiri cupiebant, deiectum esse apparet ex ipsa historia; ex verbis id minus perspicitur. Quare *H. van Eldick* in Anth. *H. de Bosch.* T. IV, p. 494. emendavit: ῥίψε μὲν Ἀνταγόρης. Fortasse recte. Sed minore etiam mutatione correxeris:

δύψε μὲν Ἀνταγόρης Πεισίστρατον.

undis immersit. *Apoll. Rhod.* L. I, 1008. ἐς ὕδωρ .. δύπτοντες κεφαλάς. i. e. δύνοντες, monente Scholiasta, cuius doctum Scholion illustratum dedit *Ioan. Rutgersius* Var. Lectt. II, 20. p. 191. – V. 5. membr. ἀλὸς παναλάστωρ, cum gravi versus detrimento, quod ut resarciret, *Planudes* ἄλιος scripsit, rhythmo versus pessumdato. Iam olim docui legendum esse:

νήχεθ' ὁ μέν· τὸν δ' εἷλε κύων ἀλός· ἡ πα-
 ναλάστωρ
κηρῶν οὐδ' ὑγρῷ παύεται ἐν πελάγει.

V. 6. membr. χηρῶν. Eiusmodi error fortasse inquinat Ep. ἀδ. CCCCLXIII. de tribus puellis sortientibus, quaenam earum prior moritura sit. Ibi v. 3. legitur: καὶ τρὶς μὲν χειρῶν ἔβαλον κύ-
 γρ. χειρῶν
βον. In membr. χρειων. Sed haec correctio si sensum habet, is friget. Quare scribendum suspicor:

καὶ τρὶς μὲν κηρῶν ἔβαλον κύβον.

κύβος κηρῶν ob causam, quae puellas illas ad sortiendum impulerat, et ob effectum [26].

---

26) Obiter corrigam in *Theodosii* Expugn. Cretae II, 50. (Append. Corp. Hist. Byz. p. 363.)

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἡμερῶν ὀκτὼ μέχρι
ὁ τῆς χαράδρας ὄμβρος οὐκ ἀνεστάλη,
ἀλλ' εἶχε κηρὸν ἡ φαρέτρα καὶ βέλος,
κριοὺς ἀφῆκε καὶ χελωναίους τέχνας.

Hic editor (*Ios. Maria Quercius*) p. 383: »*κηρὸν pro κῆρα positum arbitror, seu errore librarii, seu potius aevi vitio, quo graecae linguae elegantia magna ex parte perierat.*« In-

Vt in illo *Antipatri* Epigrammate prava *Planudis* correctio in Analectorum textum transiit, sic et in aliis locis haud paucis, ubi *Brunckius* membranarum lectionem aut ignorabat, aut meliorem eius emendandae viam non reperiebat. Ita factum est, ut, cum fere ubique animo nimis iniquo in bonum illum monachum invehatur, ipse tamen iisdem se atque ille erroribus implicari passus sit. Aperte falsa est lectio in Ep. *Philodemi* XXI. in meretriculam, ubi v. 5. 6. vulgo sic habetur:

ὢ κακοτεχνοτάτου κινήματος, ὢ περιάλλων
γλωττισμῶν, ὢ τῶν κλώμεθα φωναρίων.

quod *Brodaei* commentum est, quum *Planudes* κάομαι scripsisse videatur, quod librarii in κλῶμαι et κλάομαι corruperunt. Seriore enim aevo diphthongum αι ante consonam produci posse exis-

signis error. Nullo tempore fieri potuit, ut κηρὸς poneretur pro κῆρ. Sed scribendum:

ἀλλ' εἶχε καιρὸν ἡ φαρέτρα καὶ βέλος.

Sic. v. 130. ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ κρατῶν Νικηφόρος Οὐκ εἶχε καιρὸν ἀγνοεῖν. . τὰς στροφουργίας. Ib. III, 166. πλὴν εἶχε καιρὸν ἐμποδὼν τῶν πραγμάτων. Paucis versibus interiectis v. 62. legitur

ὡς ἂν τὸ λεπτόνητον αἰθέρος πλάτος
χαρῇ μολυνθὲν συμφορᾷ τῶν βαρβάρων.

Legendum χρανθῇ ut L. IV, 108. χρανθῇ καὶ μολυνθῇ σοῦ στόλος. Ex illo loco lux affulget versui 44. ἀὴρ λάλησον, μαρτύρει, μὴ διστάσῃς Τοῦ σοῦ χιτῶνος τὴν ὑφανθεῖσαν κρόκην Ἐν ᾗ στολισθεὶς ἀντανέκλασας βλάβην. ubi editor ἄγε corrigit, et sensu et metro adversante.

timabant. At longe aliud quid *Philodemum* scripsisse, apparet ex lectione Pal. Codicis, ubi est:

ὦ τῶν θύεμε φωναρίων.

quod *Salmasius* in not. mst. in θύομαι, *Visconti* in Iscr. Triop. p. 68. in θύαε mutandum censebat. Imperfecto tempori locus esse non videtur; aut praesens requiritur, aut perfectum. Fortasse scribendum:

ὦ τῶν θύμμεθα

id est τεθύμμεθα. *oh lascivas quibus flagravimus voculas.* Etym. M. p. 458. θυμμένον. τὸ ἀπὸ πυρὸς βεβλημένον ἢ κεκακωμένον. Probabile est, scriptum fuisse in Codice θυμε, quum saepe τεθυμένος pro τεθυμμένος inveniatur. Conf. *Alberti* ad *Hesych.* T. II, p. 1357, 18. Τύφεσθαι autem de amoris flammis usurpavit *Philodemus* Ep. XIII. γνώσῃ, δύςμορε, τυφομένη. Id. Ep. XIV. καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίᾳ. Ep. XV. καὶ πῦρ τύφεται ἐγκρύφιον. *Meleager* Ep. IV. τύφεσθ' ὑποκαιόμενοι νῦν. Id. Ep. XIII. τοῦ δὲ πόθοις τυφόμενον γλυκὺ πῦρ. Cf. *Dorvill.* ad *Char.* p. 529. De huiusmodi muliere, sed iam vetula, *Nicarchus* Ep. IV, 1. ubi membranae exhibent:

γραῖα καλὴ τιγαρ οἶσθα ὀτηνεα.

Brunckius autem: σὺ γὰρ οἶδας ὅτ' ἦν νέα. Sed verius videtur:

γραῖα καλή· τί γάρ; οἶσθ' ὅτ' ἔην νέα.

Sic passim τί γάρ; orationi interiicitur. *Lucill.*

Ep. XVI, 3. καὶ τί γάρ; εἰς ὥρας ἠνοίγετο. ubi frustra *I. Scaliger:* καὶ τό γ' ἄρ'. Idem Epigr. XCI, 3. καὶ τί γάρ; οὐχὶ κάτω βρῖσιν βαρύς. Id. Ep. VI, 3. ἑάλω, τί γάρ; ἀπρεπὲς εἰπεῖν. Id. Ep. L, 3. καὶ τί γάρ; ὡς ἑάλω ... ubi *Casaubonus:* εἶτα δ' ἄρ'. Conf. *Herm.* ad *Viger.* p. 724. nr. 108. — In eodem *Nicarchi* Epigr. v. 4. scribe cum optimis membranis:

ὅταν δὲ πίῃ τότε μᾶλλον
εἰς ὃ θέλεις αὐτὴν εὐεπίτακτον ἔχεις.

pro εἰς ἐπίτακτον. Denique v. 5to membr. habent: ἣν θέλησι. *Brunckius:* ἐθελήσῃ. Scribe: ἤν ἐθέλῃ τις. ut mox: ἤν τι διδῷ τις.

Aliud est exemplum pravae correctionis ex textu Planudea in Brunckianum transmissae in *Philodemi* Ep. XXIV. ubi multa prece Venerem orat, ut ipsum, τὸν ἡμίσκαστον ἀπὸ κροκίων παστῶν, ex Galliae nivibus in portus, nescio quos, restituat. Apparet ex verbis, quae posuimus, *Philodemum* amoris et desiderii impatientia reditum properasse. Sed huius rei disertiorem significationem in fine Epigrammatis exspectantes, spe destituti, nihil discimus aliud, nisi poëtam votis *Romam* petere. Sic certe *Brunckius* cum *Planude:*

Κύπρι, φιλορμίστειρα, φιλόργιε, σῶζέ με, Κύπρι,
Ῥωμαϊκοὺς ἤδη, δεσπότι, πρὸς λιμένας.

Profecto si nihil aliud voluit *Philodemus*, precum et epithetorum nimium prodigus fuisse pu-

tandus est. At hoc quoque loco *Planudes* dedit, quod intelligi posset, non quod membranae offerebant, nec quod *Philodemus* scripsit. In Palat. Cod. enim legitur: *ναϊκακοὺς ἤδη . . .* in qua lectione qui regionis nomen quaesierit, quod ipse olim feci, is a poëtae mente aberraverit. Inter alias mulieres, quas *Philodemus* a se amatas prodidit, erat etiam *Nais*, de qua Ep. XX, 7. 8. *τοίγαρ νῦν σὺ μὲν ὧδε μέγα κλαίουσα βαΰζοις, Ἡμεῖς δ' ἐν κόλποις ἥμεθα Ναϊάδος.* Hinc suspicor, illum, ubi nunc membr. *ναϊκακοὺς* habent, scripsisse:

Ναϊακοὺς ἤδη, δεσπότι, πρὸς λιμένας.

vocabulo ad gentilium normam formato. *λιμένες* autem *ναϊακοὶ* idem quod *κόλποι Ναϊάδος*, in loco modo laudato. Sic *Macedon*, Ep. III. ad puellam: *ἀλλά με τὸν ναυηγὸν ἐπ' ἠπείροιο φανέντα Σῶε, τεῶν λιμένων ἔνδοθι δεξαμένη.* Plura dedimus in Animm. in Anth. T. III, 1. p. 210. Iam si illam emendationem admiseris, in toto Epigrammate omnia optime cohaerent, et apparet, cur Venus *φιλονύμφιος*, Venus *μήτηρ Πόθων* et *φιλόργιος* invocetur.

Non magis verum est, quod *Brunckius* ex Planudea recensione arripuit in *Nicarchi* Ep. XI, 1. 2.

Παρθένε τριτογένεια, τί τὴν Κύπριν ἄρτι με λυπεῖς,
ἁρπάξασα δ' ἐμὸν δῶρον ἔχεις παλάμῃ.

ubi membranae: τοὐμὸν ἁρπάξασα δῶρον. quod *Planudes*, ut metro succurreret, emendasse putandus est. At *Nicarchum* τοὐμὸν in prima sede versus collocasse, ubi vim suam exserit, non est, quod dubites. Vnde apparet, vitium esse in ἁρπάξασα. Fortasse scribendum:

τοὐμὸν δ' ἁρπαλέᾳ δῶρον ἔχεις παλάμῃ.

meumque rapaci manu tenes praemium. ἁρπαλέᾳ παλάμῃ dictum ut κλοπίμῃ χερὶ in Epigr. *Quinti Maecii* X. et ni omnia fallunt in Epigr. *Aristonis* III. a *Brunckio* et *Salmasio* vehementer interpolato.. Adscribam illud, ut id proxime ad fidem membranarum legendum existimo:

Ἀμπελὶς ἡ φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ
ἤδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη,
λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
πῶμα χερὶ κλοπίμῃ πλησομένη κύλικα.
πρὶν δ' ἀρύσαι μογερὰν ἔκαμεν χέρα· γραῦς δὲ παλαιὴ
ναῦς ὑποβρυχίη ὅπως ζωρὸν ἔδυ πέλαγος·
Εὐτέρπη δ' ἐπὶ τύμβον ἀποφθιμένης θέτο σῆμα
λήνιον, οἰνηρῶν γείτονα θειλοπέδων.

Finem coniectandi faciam adscripto Epigrammate *Luciani*, nondum, quod sciam, edito, quod mutilum esse ab initio dolendum est. – In membranis p. 537. sic legitur: Εἰς ζωγράφους.

* * * * * *

ἀλλὰ σύ μοι προφέρεις τέκνιον ἀλλότριον,

τὴν προτομὴν αὐτῷ περιθεὶς κυνὸς· ὥστε με
καλεῖν,
πῶς μοι Ζωπυρίων ἐξ Ἑκάβης γέγονεν;
καὶ πέρας ἐξ δραχμῶν Ερασίστρατος ὁ κρεο-
πώλης
ἐκ τῶν ἰσιων υἱὸν Ἀνουβιν ἔχω.

Sunt hae lamentationes Erasistrati macellarii, qui filium suum Zopyrionem pictori cuidam sex drachmis pingendum locaverat. At ille pueri faciem parum a canis ore diversam exhibuit. Hinc Erasistratus sui eam filioli imaginem esse negat; nam se illum non ex Hecuba quadam, muliere in canem conversa, procreasse. Deinde Anubin potius repraesentari quam Zopyrionem addit, seque numinis patrem per pictorem illum factum esse. Hic sensus huius Epigrammatis. Sed haeremus v. 3. in *καλεῖν*, quod sensui non minus quam metro adversatur, et v. 6. in *ἰσιων*. Prius sic corrigo:

ὥστε μ' ἀλύειν,

i. e. *ἀπορεῖν*. *Hesych.* *ἀλύουσα. ἀδημονοῦσα. ἄλυς. ἀπορία.* *Plutarch.* T. II, p. 22. E. *ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι* positum esse *ἀλύειν* docet ap. *Homer.* Il. *E.* 352. ubi v. *Heyn.* T. V, p. 68. Alterum minus est expeditum. In *ἰσιων* ad Isida, quam alii matrem, alii sedulam Anubis nutricem fuisse fingunt, respici, credibile fit. Sed hoc ad vitium tollendum non sufficit. Scribendum puto:

ἓξ δραχμῶν Ἐρασίστρατος ὁ κρεοπώλης
ἐκ τῶν Ἰσικίων υἱὸν Ἄνουβιν ἔχω.

Quid sit *isicium*, novimus ex *Apicio* II, 1. et *Athenaeo* IX, p. 376. D. ubi coquus circumscriptione usus, *ἰσίκια γάρ*, inquit, *ὀνομάζειν αἰδοῦμαι τὸν Οὐλπιανόν, καίπερ αὐτὸν εἰδὼς ἡδίως αὐτοῖς χρώμενον.* ubi vide *Casaub.* Sic hoc Epigramma satis lepide convertitur. Macellarius ille, qui Isicia vendebat, ex eorum reditu filium sibi obvenisse ait Anubin, non *τῆς Ἴσιδος*, sed *τῶν Ἰσικίων* alumnum.

Et haec quidem hactenus. Scribebam Gothae ineunte anno MDCCCXII.

Fr. Jacobs.

II.

DE COPIIS VICTORIANIS

IN

HOMERVM, *HESIODVM*, *PINDARVM*
ET *TRAGICOS*

SCRIPSIT

FRIDERICVS THIERSCH.

DE

COPIIS VICTORIANIS

in Homerum, Hesiodum, Pindarum, Tragicos et Aristophanem.

Cum meae ad Bibliothecam regiam Monacensem rationes liberiorem mihi ad eius thesauros aditum aperuissent, ante omnia animum adverterunt libri, a *Petro Victorio* olim possessi, de quibus in introductione ad haec Acta p. XIII loquutus sum, variis illi lectionibus e codicibus Italicis descriptis insignes. Qui ne viros doctos, qui usum aliquem eorum facere velint, diutius lateant, memor promissi ex ordine illos recensui, speciminibus variarum lectionum meisque hic illic observationibus additis.

Homeri editioni Parisinae an. MDLIV *Hesiodi*que Florentinae an. MDXV pauca quaedam adscripsit, quorum potissima haec sunt: Il. *M*, 58. ἐΰξοον ἅρμα διώκων pro ἐΰτροχον, 83. ἀποπάντες ὄρουσαν pro ἀποβάντες. Post v. 130

τὸν δέ, Λεοντῆα, βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηϊ, versum habet Υἱὸν ὑπερθύμου Κομυνου Καινείδαο [1]. V. 281. χέει ἄσπετον pro ἔμπεδον [2], 381. χειρί γε τῇ ἑτέρῃ ἔχοι ἀνήρ, pro φέροι cf. *Heynius* ad h. l. – Il. *N*, 183. Ἕκτωρ δ' ὁρμηθέντος ὀρέξατο pro ἀκόντισε [3], 743. δείδω μὴ δὴ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ Χρεῖος pro ἀποτίσωνται. cf. *Heynii* not. – Il. Ξ, 107. νῦν δ' εἴη ὅς τῆσδέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι pro ὅστις δέ γ'. – Il. *O*, 316. χρόα λευκὸν pro καλόν. — Il. *Π*, 660. βασιλῆα ἴδον δεδαϊγμένον ἦτορ pro βεβλαμμένον [4], 736. οὐδὲ δὴν ἄζετο φωτός pro χάζε-

---

1) Heros dicitur *Λεοντεὺς Κορώνου* inter procos Helenae ab *Apollod.* Bibl. III, 10, p. 322 ed. Heyn. Hinc patet legendum *Υἱὸν ὑπερθύμοιο Κορώνου Καινείδαο.* Vt hic Coronus Caenides, ita versâ vice *Apollod.* Bibl. I, 9, p. 82. *Καινεὺς Κορώνου* nominatur, sed vid. ibi *Heyn.* Ceterum versus haud sane ἀπροσδιόνυσος, quum non alibi poeta Leontei patrem commemoret, nec alterius Lapithae parentem reticeat.

2) Schol. *Venet.* ad h. l. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου, χέει ἔμπεδον· ἡ δὲ Μασσιλιωτική, χέει ἄσπετον.

3) Lectio Victoriana exquisitior. Ita Il. *M*, 313. ἐφορμηθέντα δοκεύσας ἔφθη ὀρεξάμενος ..... Περὶ δ' ἔγχεος αἰχμῇ Νεῦρα διεσχίσθη, coll. ibid. v. 322. Addito ἔγχει exstat Il. *Δ*, 307. Non dubium, quin ἀκόντισε ex interpretatione vulgatae ortum sit.

4) Ita et in aliis exstat, vere, ni fallor. Βεβλαμμένον ex interpretatione fluxisse mihi videtur, secus atque *Heynio*, cui δεδαϊγμένον glossam illius esse placet. At voces vulgatae, ut βλάπτεσθαι ἦτορ, per vividiores et magis poeticas, quales sunt δαΐζεσθαι ἦτορ, explicari non solent. Accedit, quod idem Il. *P*, 535. legitur.

το. — Il. *P*, 241. κορέει pro κορέσῃ [5].
Lectiones *Hesiodo* adscriptae spectant tantum ad Opp. et Dies v. 1. – 298. – V. 20. ἦτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἔγειρεν pro ἀπάλαμνον et ἐγείρει, utrumque verissime. – V. 21 et 22. εἰς ἕτερον γάρ τις ἰσιδὼν ἔργοιο χατίζων Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρώμεναι ἠδὲ φυτεύειν, pro τίς τε ἰδὼν et ἀρόμμεναι [6]. – V. 30. ἀγορῶν τε pro ἀγορέων τε. – V. 43. ἐργάσσαιο pro ἐργάσαιο [7]. – V. 44. ὥστέ σε κεὶς ἐνι-

5) Locus est: οὔτι τόσον νέκυος περιδείδια Πατρόκλοιο, Ος κε τάχα Τρώων κορέσει κύνας ἠδ' οἰωνοὺς, Οσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια, μήτι πάθῃσι. Manifestum est, timendi notionem etiam per versum ὅς κε τάχα κ. τ. λ. valere. Hinc scrib. κορέσῃ ex Barocc.

6) Quod ad versum priorem attinet, copulatio vocularum γάρ τίς τε in vulgata non offendat. Nam τις et τε ita coniunctae occurrunt, ut τις inter τε et eam vocem interiecta sit, quae ex usu cum τε copulatur. Ita, quum frequentissima sint ὅτε τε, ὅσον τε, ὥς τε, interiectâ voce τις proveniunt ὅτε τίς τε Il. *Γ*, 33. ὅσσον τίς τε Odyss. *E*, 249. ὥς τίς τε Il. *P*, 133, 542, 657. Odyss. *Δ*, 535. — Iam quum γάρ τε ubivis (v. fasc. II Act. p. 215) iungantur, ex analogiâ modo indicatâ etiam γάρ τίς τε coniungi poterunt. Victoriana lectio, quae integra haud dubie fuit γάρ τίς τ' ἐσιδὼν, vocem genuinam ἰδὼν solito more corrupit. Cf. praeclaram *Hermanni* not. ad Hymn. in Apoll. 255. — Sed forma ἀρόμμεναι, quae erat in altero versu, molestum Aeolismum Epico infert. *Victorii* ἀρώμεναι analogiam habet in φιλήμεναι Il. *X*, 265. ἀλώμεναι Il. *Φ*, 495. similibus.

7) Ἐργάσαιο vel sine auctoritate pellendum erat. Nullum enim verbum, quod in Praesenti ζ habet, ut ἐργά-

αυτὸν ἔχειν, pro ὥς τί σέ κ' εἰς [8]. – V 48. ἀγκυλόμητις pro ἀγκυλομήτης et v. 81. ἀλφηστῆρσιν pro ἀλφηστῆσιν, vitiose utrumque. – V. 102. νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐπ' ἡμέρῃ, αἳδ' ἐπὶ νυκτὶ, pro ἠδ', addito γρ. ἠδ'. – V. 132. ἀλλ' ὅτ' ἄρ ἡβήσῃ τε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο pro ὅτ' ἂν ἡβήσειε καὶ, neutrum vere. In secundo horum Actorum fasciculo p. 209. scribendum monueram ἀλλ' ὁπόθ' ἡβήσειε· sed *Victorianâ* lectione reperta patet scribendum ἀλλ' ὅτ' ἄρ' ἡβήσειε κ. τ. λ. – V. 134. ἀφραδίῃς pro ἀφραδίαις. – V. 197. καλυψάμεναι pro καλυψαμένω. – V. 205. λέληκας pro λέλακας. – V. 298. φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος pro δὲ ἐϋστ. — Dolendum sane praestantis huius codicis collationem vix inchoatam hîc iam abrumpi.

In *Pindaro* adornando usus est editione Romanâ *Zachariae Caliergi* an. MDXV. Primum folium apographum habet Odae *Sapphus* in Venerem, descriptione metrorum et lectionibus ab editis satis diversum. Margini foliorum, ut et in aliis libris plerisque, plura ipse adnotavit, plerumque

---

ζω, χάζομαι, ἄζομαι al. vocalem ante hanc consonantem producit.

8) Emendate Cod. Vict. Iam enim κε non est particula, sed copula καί, seu potius κέ, et sensus: *ut vel in annum satis habeas.* Ceterum et hic versus argumento est, initium Εργων καὶ Ημερῶν recentioris esse poetae. Vetusta enim Epicorum oratio constructionem particulae ὥστε cum Acc. et Inf. prorsus respuit.

locis aliorum scriptorum laudatis, scholiis emendationes addidit, quas indicant literae γρ. quibus, ut notum, Codices meliores utuntur in variis lectionibus margini adscribendis; textui glossas, margini scholia adscripsit, hic illic varias lectiones, quarum nonnullis γρ. praefixum est. Ceterum licet animadvertere, glossas et scholia diversis temporibus adscripta esse. Pars enim elegantibus literis accuratissime exarata, pars properanti manu et atramento flavescenti illis interiecta est. His literam *P* addamus, ne cum illis confundantur. Librum manuscriptum, quo usus est, ipse ad finem vetustum Codicem *Petri Candidi* nominat. Speciminis loco sunto, quae ab illo ad primam Olympicam adnotata sunt.

V. 1. αἰθόμενον, Gl. καιόμενον, λαμπόμενον. — V. 5. γαρύεν, Gl. ὑμνεῖν, φωνεῖν. — V. 6. ἔλδεαι, Gl. ἐπιθυμεῖς. — ἦτορ, Gl. στῆθος, θυμέ *P.* — V. 7. σκόπει, Gl. ζήτει ἰδεῖν. — V. 12. φέρτερον, Gl. κρέσσονα *P.* — V. 13. ὅθεν, Gl. ἀπὸ τῆς Ολυμπίας. — πολύφατος, Gl. οὗ πολὺ κλέος. — V. 14. ἀμφιβάλλεται, Gl. πλέκεται. — V. 15. κελαδεῖν, Gl. ὥστε ὑμνεῖν. — V. 16. ἀφνεάν, Gl. πλούσιον *P.* — V. 17. μάκαιραν, Gl. ταὐτὸ τοῦ μακαρίαν. — ἑστίαν, Gl. οἰκίαν. — V. 19. σκᾶπτον, Gl. ῥάβδον *P.* ἤτοι βασιλείαν. — πολύμαλον, Gl. ταὐτὸ τοῦ πολυθρέμμονα. — V. 20. δρέπων, Gl. τρυγῶν. — V. 21. πασᾶν, Schol. τὰς γενικὰς τῶν πληθυντικῶν τὰς εἰς ων λη-

γούσας καὶ περισπωμένας διὰ τοῦ αν προφέρουσι P. — V. 22. ἀγλαΐζεται, Gl. λαμπρύνεται. — V. 23. ἀώτῳ, Gl. ἤτοι μέλεσιν ἐξαιρέτοις. — V. 25. ἀμφὶ, Gl. περὶ. — θαμά, Gl. πολλάκις. — V. 31. ἔθηκε, Gl. ἐποίησε. — V. 32. δέμας, Gl. ἑαυτοῦ. — V. 34. κράτει, Gl. τῇ νίκῃ. — V. 40. ἔξελε, Gl. ἐξήνεγκε. — V. 41. φαίδιμον, Gl. λαμπρόν P. — V. 42. κεκαδμένον, Sch. ἀντὶ τοῦ κεκασμένον· δωρικὴν ἔχει τροπὴν τοῦ σ εἰς δ κατὰ τὸ ἴδμεν ὅ ἐστιν ἴσμεν P. — V. 43. ἦ θαῦμα ταπολλά (ita edit. *Cal.*) Gl. ὄντως ἀξιοθαύματα ταῦτα κατὰ πολύ. — V. 44. πού τι, κατά supra τι scripta. — V. 47. ἐξαπατῶντι, Sch. ἐπὶ τῆς β' συζυγίας τῶν περισπωμένων τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν ἐνεργητικῶν, τὸ βοῶσι καὶ γελῶσι βοῶντι καὶ γελῶντι λέγουσι· ὁμοίως δοτικῇ τῶν ἑνικῶν τῶν ἰδίων μετοχῶν. P. — V. 49. μείλιχα, Gl. γλυκέα. — V. 55. φάμεν, Gl. εἰπεῖν. — V. 56. ἀμφὶ δαιμόνων, Gl. περὶ θεῶν. — V. 58. σὲ δ' ἀντὶ, Sch. ἀποστροφὴ πρὸς Πέλοπα P. — V. 61. εὐνομώτατον, Gl. εὐσεβέστατον. — V. 66. ἀν' ἵπποις, Sch. ἀνὰ ἀντὶ τῆς σὺν καὶ Ὅμηρος· χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ P. — V. 68. ποτὶ, Sch. τὴν πρὸς ποτὶ λέγουσι. — μεταβᾶσαι, Gl. ὡς καταβιβάσαι. — V. 70. Γανυμήδης, Sch. πρότερον δηλονότι. — V. 71. τωὐτ' ἐπὶ χρέος, Sch. ἐπὶ χρείαν τοῦ Διὸς τὴν αὐτὴν τῇ τοῦ Ποσειδῶνος. — V. 75. ἔννεπε, Gl. ἔλεγε. — κρυφᾶ, Sch. δωρικῶς περισπᾶται. —

V. 80. δεύτατα, Sch. ὕστατα, ἔσχατα· καὶ τὴν σοῦ γενικὴν σέθεν λέγουσιν. Schol. ad h. v. suppletur per δεῦσαι γὰρ βρέξαι, βάψαι. – V. 90. ὑπέροπλον, Gl. ὑπὲρ τὸ δέον. — V. 91. τὰν, Gl. δι' ἣν. — V. 92. αὐτῷ, Gl. κατ' αὐτοῦ. — V. 93. τὸν, Gl. ὅν. — μενοινῶν, Gl. φροντίζων, μεριμνῶν P. Ad marg. προθυμούμενος. – V. 94. ἀλᾶται, Gl. πλανᾶται P. — V. 95. ἀπάλαμον, Schol. ἀμήχανον, ἀσθενής· παλάμη, χείρ, τέχνη. Παλαμῆς (sic) ἔργον τοῦ τεχνώτου (Cf. Steph. Thes. L. Gr. s. v. παλάμη). – V. 109. φυὰν, Gl. φύσιν. – V. 116. ἄπυεν; Gl. ἔκραξε. – V. 122. Ποσείδαον, Sch. ταύτην (add. τὴν) κλητικὴν οἱ μὲν Αἰολεῖς Πόσειδον· οἱ δὲ Δωριεῖς Ποσείδαον (add. προφέρουσι). – V. 127. ὀλέσας, Sch. γρ. ὀλέσαις· ταῖς μετοχαῖς τῶν ἀορίστων προστιθέασι τὸ ι P. – V. 132. τί, Sch. γρ. τά· τὸ τί τὰ λέγουσι P. — V. 136. δίδοι, Schol. τὸ δίδου δίδοι, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν εὐκτικῶν προφέρουσι P. — V. 144. λαγέτας, Sch. Ὅμηρος· ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μεμήλει P. (Il. B, 25.) – V. 148. κλινεὶς, Gl. πεσὼν καὶ ταφείς. – V. 158. εὐδίαν, Sch. ὅτε μὲν ἄρα νίκην ἤνεγκαν πάλης καὶ δρόμων καὶ τοιούτων (add. καὶ) ἐτόλμησαν ἐπέχεσθαι λεγομένου πράγματος ὑπὸ πολλῶν εὐδαίμονος P. (leg. πράγματος ὑπὸ π. εὐδ. λ.) – V. 167. ἴδριν, Gl. ἐπιστήμονα, ἔμπειρον. – V. 172. μήδεται, Gl. βουλεύεται, τεχνάζεται. – V. 178. εὐδείελον, Gl. εὖ πρὸς δείλην κειμένην, οἷον πρὸς δύσιν εὐπόριστον. – V. 183. πάπταινε, Gl. πε-

ρίβλεπε. — V. 183. πύρσιον, Gl. πόῤῥω, πόῤῥωθεν, ἔμπροσθεν. — V. 188. παντᾷ, Sch. τὸ πάντα περισπῶσι, παντᾶ λέγοντες, Δωριεῖς. — Eae glossae rariores fiunt in sequentibus Carminibus et ad finem Olympp. desinunt. Quod superest, suo loco publicabitur. Variae lectiones rariores, sed plerumque bonae frugis, e. g. Olymp. IX, 43. ἀντίον pro ἔναντ' et v. 44. πῶς ἄν pro ἄν πῶς, unde patet scrib. ἐγένοντ' ἐπεὶ ἀντίον Πῶς ἄν — τίναξε χερσίν, cui loci διορθώσει lectio a *Boeckhio* exhibita proxime accedit. — Olymp. X, 23. θήξαις habet pro θήξας et φύντ' pro φῶτ', v. 72. ἔλαχε pro γε λάχε, v. 74. ἅρματι pro ἅρμασι, v. 78. ἵκεν pro ἧκεν. — Olymp. XIII, 99. ἀργᾶντα pro ἀργόν.

Ad finem Isthm. addita sunt quatuor longiora scholia, quae ex nostro hoc exemplari descripta edidit vir quidam doctus (in Museum der Alterthumswissensch. Tom. I, fasc. III, pag. 574.) quibusdam tacite correctis l. 9. χρόνον pro χρόνῳ posito, l. 17. τοῦ post τά expulso et lin. 33. ἀπάνθισμα scripto pro ἀπανθίαμα, haud dubie vere; quamquam enim utraque vox ἀπανθίαμα et ἀπάνθισμα auctoritate caret, posterior tamen commendatur analogiâ. Quod praeterea in extremis paginis legitur ex vetusto Cod. *Petri Candidi* descriptum, id vir ille doctus magnam partem a tineis adesum, nec quo pertineat, perspici posse dicit. Equidem nihil nisi dimidiam unius literae

partem a tineâ perforatam video; cetera in albo bene conservato integra apparent, nec obscurum, quo pertineat locus. Est enim fragmentum *Pindari* decem versibus constans, quod *Bandinus* in Catal. Bibl. Laurent. Tom. II, p. 202 in Codice XLI exstare dicit, primo et postremo versu descripto, quorum uterque cum exemplari nostro conspirat. *Bandini* locum iam exscripsit *Heynius* ad finem Isthm. p. 667. *Boeckhius* autem p. XXIII Praef. ed. se id fragmentum in notis editurum promisit. Iam ut iudicari possit, num apographa fragmenti conspirent, nostrum, summâ religione descriptum, hîc ponamus:

Κλεινὸς αἰακοῦ λόγος, | κλεινὰ δὲ καὶ ναυσίκλυτος·
αἴγινα σὺν θεῷ δέ νιν αἶσα | ὕλλου τε καὶ αἰγιμιοῦ
δωριεὺς ἐλθὼν στρατὸς | ἐκτήσατο τὰ μὲν ὑπὸ στάθμα
νέμονται οὐ θέμιν οὐδὲ δίκαν· | ξείνων ὑπερβαίνοντες οἷοι δ' ἀρετὰν
δελφῖνες ἐν πόντῳ ταμίαι τε σοφοὶ | μοισᾶν ἀγωνίων τ' ἀέθλων.

Inter versus priores sibi oppositos linea ducta est, haud dubie ad numeros dirimendos. Hoc fragmentum postquam cum *Hermanno* per literas communicaveram, id ille sibi iam aliunde ex Codice Parisino innotuisse rescripsit, seque id fragmentum sine ulla difficultate ita legere:

Κλεινὸς μὲν Αἰακοῦ λόγος,
κλεινὰ δὲ καὶ ναυσίκλυτος
Αἴγινα· σὺν θεοῦ δέ νιν αἴσᾳ
Ὕλλου τε καὶ Αἰγιμιοῦ
Δωριεὺς ἐλθὼν στρατὸς
ἐκτίσσατο· τῶν μὲν ὑπὸ στάθμᾳ νέμονται
οὐ θέμιν, οὐδὲ δίκαν
ξείνων ὑπερβαίνοντες· οἷοι δ' ἀρετὰν
δελφῖνες ἐν πόντῳ, ταμίαι τε σοφοὶ
Μοισᾶν, ἀγωνίων τ' ἀέθλων.

„*Conferas*, ita pergit *Herm. Pyth.* I, 120 *seqq. Verba* οἷοι δ' ἀρετὰν δελφῖνες ἐν πόντῳ *explicant voc.* ναυσίκλυτος, *metri genus nihil contra usum habet:*

– ˊ– ◡ – – | ˊ– ◡ – | ˊ– ◡ ◡ –

Etiam postremum versum Choriambo clauserim". – Equidem iniuriam me lectoribus facturum fuisse arbitror, si praeclaram hanc fragmenti nostri emendationem a tali viro profectam cum eis non communicassem.

In *Aeschylo* locupletando usus est editione Venetâ *Robortelli* an. MDLII. Variae autem lectiones, quibus eam ornavit, e pluribus videntur esse petitae manuscriptis. Ad eas enim distinguendas pluribus signis, literis nempe *m*, *g*, *s*, *p* nonnusquam aliis utitur, quarum interdum duas eidem lectioni apposuit, ut significet, se in duobus eam

Codicibus reperisse. Adsunt et aliae sat multae nullo signo instructae. Cum ipsius *P. Victorii* editio, quâ nulla postea *Aeschylum* neque accuratius tractavit, neque magis locupletavit (ea enim prima integram tragoediam Agamemnona continet) ex *Hen. Stephani* officinâ iam quinque annis post Venetam *Robortelli* prodierit, procul dubio hoc ipsum, de quo loquimur, Venetae editionis exemplar praeclarus noster *Aeschyli* restaurator, variis lectionibus ornatum, *Henrico Stephano* tradidit, cui novam, quam communi consilio parabant, *Aeschyli* editionem superstrueret. Cf. *Hen. Steph.* p. 354 eius editionis, et *P. Victorii* Epistolas ad Germanos, editas a *Caselio* Lib. I, Ep. I ad *Ioachim. Camerarium*[9]. Sed non integras nos *Victorii* in

9) »*Quod ostendis te cupere a me audire, an aliquid reconditum et caligine demersum, sive sedulitate mea, cum prius in manibus foret, emendatum divulgare parem, flagravi sane diu desiderio istius rei, nec cum potui, omisi ista etiam parte prodesse studiis litterarum. Id tamen, quod feci, semper magnis cum difficultatibus feci, non quia non aliqua restent adhuc, quae, si in lucem proferrentur, grata putem studiosis futura; sed quia nostri Typographi, qui pauci sunt et ii exinaniti, ac male undique angustiis horum temporum habiti, aegre inducuntur ad veteres auctores, Graecos praesertim excudendos. Serviunt enim lucro ac propinquum quaestum sectantur. Omnem autem olim machinam adhibui Torrentino, ut impellerem hominem ad Clementem Alexandrinum formis excudendum, quod vix ille*

Aeschylum copias habere facile licet colligere. *Hen. Stephanus* enim, qui nullis nisi a *Victorio* sibi missis lectionibus se usum ipse profitetur, plura habet, quorum nullum in nostro exemplari

- αι

vestigium, ut ad Prometh. v. 35. γρ νέος V. 100

---

spisseque fecit, saepe opere intermisso, ut non semel desperarim, me umquam finem eius rei visurum. Cum autem postea aliquando suadere ipsi coepissem, ut aliis Graecis Scriptoribus inprimendis incumberet, numquam quod studui, efficere potui. Quin etiam cum multum diligentiae prius posuissem in Aeschyli fabulis emendandis; contuleram enim eruditissimum, gravissimumque Poetam cum antiquis multis exemplaribus atque ita tamquam novâ fabulâ ipsum auxeram. Integram enim Agamemnonem nactus sum, cuius fabulae prima tantum, ac pusillâ quidem illa pars, continenti tragoediae imperite adnexa, reperiebatur. Praeterea quod magnam vim veterum Scholiorum e vetustissimo libro descripseram, ut ita tragicus ille obscurus multis locis et facilius intelligeretur, et magis etiam venalis redderetur. Cum igitur haec magno cum meo labore communis utilitatis causa fecissem, hoc etiam parvum volumen excudere recusavit. Quare ipsum dedi imprimendum Henrico Stephano, probo et erudito adolescenti, qui mihi se studii plurimum in hâc Editione positurum pollicitus est. Quando autem ille exiturus sit, affirmare non ausim. Res enim tota in arbitrio Henrici constituta nunc est«. Harum epistolarum, quae lectu iucundae sunt atque utilissimae, tres *Caselius* editiones adornavit. Prima prodiit Rostochii in 12mo an. 1577, secunda eodem loco et anno in 4to tribus epistolis ad *Caselium* et ad *Thom. Huebnerum* aucta. Posterior haec repetita Francofurti an. 1597 in 8vo additis triginta *Caselii* epistolis et Elogio *Petri Victorii* ab editore praemisso. Inter Mspta. *P. Victorii* apud nos apographum harum episto-

γρ -αι τέρματα — V. 108. γρ -αι ἐνέζευγμαι — V. 113 ubi pro πεπασσαλευμένος dedit πασσαλευτὸς ὤν, in nostro exemplari tantum πασσαλευτός exstat. Praeterea in quibusdam tragoediarum partibus collationes desinunt, (quid, quod in Persis nihil plane Victorianarum lectionum reperitur) nec integrae Agamemnonis apographum usquam apud nos invenire potui. — Speciminis causa ea ponamus, quae initio Promethei adscripta sunt.

Ed. Venet. *Robort.*	Exemplar eius Victorianum
Pag. 18 ἡρακλῆς inter personas commemoratus	om. *m.*
V. 2 ἄβατον τ'	ἄβατον *m.* τ' *s.*
4 τὸν δὲ	τόνδε
6 πέδαις ἐν ἀρρήκτοις	πέδησιν ἀρρήκτοις *m.*
8 τοιᾶσδ'	τοιᾶσδέ τοι

rum exstat, quod faciendum sibi eius nepotes curarunt, variis illud variorum epistolis et scriptionibus auctum. Ex his sumta sunt, quae modo de editt. commemoravi. Praeterea ad *Aeschyli Victoriani* historiam literariam facit, quod ibidem p. 19 in apographo nostro legitur: »*Le lieu d'impression n' est point marqué* (nempe in titulo, qui his verbis desinit: *Ex officina Henrici Stephani M. D. LVII*) *mais l'on scait, qu'elle fut faite a Geneve ou aux environs lorsque Robert Estienne eut quitté Paris et apres auoir emporté les beaux caracteres grecs, que le Roy Francois premier avoit fait fondre*«.

Ed. Venet. *Robort.*	Exemplar eius Victorianum
15 πρὸς τῇ	πρὸς τῇ tum ∴ i. e. delendum [10]
18 τῆς ὀρθοβούλου	ἀναστροφὴ Gl.
19 ἄκοντ' ἄκων σε	ἄκοντα σ' ἄκων (sine enclisi)
20 προσπατταλεύσω τόπῳ	προσπασσαλεύσω τόπῳ m. πάγῳ s.
21 βροτῶν μορφήν	μορφὴν βροτῶν
26 ταρόντος	παρόντος
27 ὁ λοφήσων	ὁ λωφήσων
28 ἀπηύρω	ἀπηύρω s. ἐπηύρω m.
30 πέρα	πέρα m. πέραν s.
31 τὴν δὲ	τήνδε (quod semper fit, ut male distractum δε cum praec. articulo iungat.)
41 οἷον τε πῶς;	οἷον τε; πῶς s. οἷόν τε πῶς m.
42 αἰεί τει	τοι
48 ὤφελε λαχεῖν ἄλλος	ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν
54 ψάλλια	ψάλια m. ψάλλια s.
56 πρὸς πέτραις	ἐρρωμένως s. γρ. πρὸς πέτραις

10) Scribendum haud dubie φάραγγι τῇ δυσχειμέρῳ. Praepositio in Cod. Victor. superscripta glossam arguit.

Ed. Venet. *Robort.*	Exemplar eius Victorianum.
57 κοὐματᾶτ' οὔργον	κοὐ ματᾶ τοὔργον
58 μᾶλα	μᾶλλον
60 ἤδέ γ'	literam η lineâ expunxit et margini ἥ adscripsit.
62 ὧν, νωθέστερος Διός	ὧν διὸς νωθέστερος
63 τοῦτ'	τοῦδ'
68 οὖν	αὖ
71 βάλλε	βάλε
72 ταῦτ'	τάδ' s. ταῦτ' *m.*
73 σε, πρός	γε πρός
74 χώρει, κάτω δὲ σκέλη κρίκωσον	χώρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον *m.*
75 χρόνῳ	πόνῳ
76 πόδας	πέδας
87 πρόπῳ	τρόπῳ
τύχης	τέχνης *m.* Adscriptum est τῶν δεσμῶν, haud dubie glossa vocis τέχνης.

v. 795. Verba οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν uncis inclusit *Vict.*

v. 857. ἴθι βάδιζ' Gl. πορεύου, παραγένου (ni fallor).

v. 888. [In *Euripidis* versibus ex Telepho a scholiastà laudatis

ἴθ' ὅποι χρήζεις· οὐκ ἀπολοῦμαι
τῆς σῆς Ελένης οὕνεκα......

Victor. offert pro ὅποι, ὅπῃ, quod exquisitius multis veterum locis, ubi libri inter ὅποι et ὅπῃ

fluctuant, debet restitui; cum ὅπῃ et pro ὅπου et pro ὅποι obvium sit. Vid. Schol. ad *Arist.* Plut. 447. ed. Hemsterh. Lips. ubi obiter moneo lin. 4. ad fin. pro πού, ποι legendum esse. *Herod.* VII, 147. εἴρετο αὐτοὺς ὄκῃ πλέοιεν. *Eurip.* Orest. 627. ὅπῃ τράπωμαι τῆς τύχης, ἀμηχανῶ. Quod etiam praeferendum censeo in v. 424. ἐκκλείομαι γὰρ, δωμάτων ὅπῃ μόλω, pro ὅποι. *Isocr.* Panath. 33, p. 421. ed. Lang. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπῃ τυγχάνω φερόμενος. Schol. msc. *Aristid.* Panath. p. 113. lin. 3. ed. Iebb. ἤγουν ὥσπερ κατὰ γῆν πορευόμενοι νῆσον ἀπ' ἄλλης εἰς ἄλλην πόλιν χωροῦμεν, καὶ οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον· οὕτω καὶ τὸ τοῦ Αἰγαίου πέλαγος ἄβατον ὂν πρόσθέν διὰ τοὺς ἐνοικοῦντας λῃστὰς, καθαρθὲν ὑπ' Ἀθηναίων ἄδειαν πᾶσι παρέσχε πλεῖν, ὅπῃ βούλονται. His locis accedat alius ex *Isocrate* Panath. 20, p. 409. τοῦ πορεύεσθαι καὶ πλεῖν, ὅπῃ βουληθεῖεν, siquidem vera est haec lectio Cod. Bav. pro ὅπου; quod tamen pro ὅποι positum, mirari neminem subeat, qui comparaverit *Herod.* II, 119. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ ὅκου ἔτι ἐτράπετο, οὐκ εἶχον εἰπεῖν Αἰγύπτιοι. III, 39. de Polycrate ὅκου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι ..... neve hos locos corruptos putet, Odyss. *Α*, 210. ἔνθα περ ἄλλοι Ἀργείων οἱ ἄριστοι ἔβαν κοίλης ἐπὶ νηυσίν. *Herod.* II, 150. οἱ δὲ ἔφρασάν μοι ἵνα ἐξεφορήθη .... Eâdem ratione *Xen.* Cyrop. I, 2, 16. ὥστε ἄλλῃ ποι ἀποχωρεῖν, pro ἄλλοσέ ποι. — *F. X. W.*]

v. 909. *κρίνεσι* Gl. *κρίνον κοινῶς· κρίνος Ἀττικῶς, καὶ κλίνεται τοῦ κρίνεος, νους. ἡ δοτικὴ τῶν πληθ. τοῖς κρίνεσίν ἐστι.*

Ibid. *πάτραλοίας* Gl. *πατροτύπτης.* Addit *Vict.* *ἀλοιᾶ* (imo *ἀλοία*) *ἔτυπτε Hesy. ἀφ' οὗ ὁ πατροτύπτης, πατραλοίας.*

v. 972. *ἀπηνές.* Gl. *σκληρόν.*

v. 976. *χνοῦς* Schol. *χνοῦς τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων, καὶ χνοῦς λέγεται* (ad. *ἐπὶ*) *τοῦ γενειᾷν ἀρξαμένου.*

v. 977. *φυρασάμενος* Gl. *μαλάξας, μολύνας.*

v. 1046. *ἐπίσχες* Gl. *σαυτὸν δηλονότι, ἤτοι καρτέρησον.*

Ibid. *μέσον* Gl. *κατὰ* suprascr.

v. 1145. *δικαζέσθων* Schol. *ἀντὶ τοῦ δικαζέσθωσάν κατὰ ἀποκοπήν.*

v. 1148. *ἡμὶ* Gl. *φημὶ, ἐνίημι.*

v. 1151. *θαυμάζειν* Gl. *θαυμαστῶς τιμᾷν καὶ ἀξιοῦσθαι.*

v. 1199. *προτένθαι* Schol. *τένθης, λίχνος καὶ γαστρίμαργος. Αἰλιανός· τένθης καὶ ὀψοφάγος· τένθειν δὲ τὸ ἐσθίειν.*

v. 1200. *νενασμένοι* [male *νενησμένοι* receperunt] Gl. *ναίω, νήω ἢ νάσσω· μέλλων νάσω, νένακα, νένασμαι, νενακὸς ἡ μετοχή.*

v. 1263. *δαιμόνων* Gl. *δαίμονες οἱ θεοὶ, δαήμονές τινες ὄντες ἢ ζα . . . . ρϙι* (vocem non extrico) *ἢ ἀπὸ τοῦ πάντα μερίζεσθαι, δάσσεσθαι.*

v. 1266. *θραυσάντυγες* Gl. *ἄντυξ, ἅρματος περιφέρεια.*

v. 1296. ὦ 'τὰν Gl. ὦ σὺ, ὦ ἑταῖρε, ὦ οὗτος, ὦ μακάριος, πρόσρημα τιμητικῆς λέξεως· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ εἰρωνείᾳ πολλάκις.

v. 1304. ξυνωρίσιν Gl. ξυνωρίς, ἅρμα ἵππων ἐζευγμένον.

v. 1305. φλαύρων Gl. φαύλων, κακῶν, πονηρῶν.

v. 1327. ἀμυνάθετε Gl. ἀμυνάθειν, ἀμύνειν, βοηθεῖν.

v. 1372. ὀρεχθεῖν Schol. ὀρέχθει (scr. ὀρεχθεῖν) μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γινομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ (Idyll. XI, 43.) ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ

. . . . . . ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα.

(Odyss. *E*, 401. ubi nunc quidem ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα legitur.) Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγου καρδίας ἡ λέξις τίθεται.

v. 1380. κασκόδει Gl. κονιορτοῦ ἐπλήρου.

v. 1396. πηδᾶν Gl. ὁρμᾶν.

v. 1401. μοχλευτὰ Gl. μοχλοὶ, κλεῖθρα, μοχλεύειν, κινεῖν.

v. 1406. ἐξαμαρτεῖν Gl. βαρβαρίσαι, σφαλῆναι.

v. 1497. ἰοὺ, ἰοὺ Gl. ἰαμβικὸν μονόμετρον ἀκατάληκτον.

v. 1504. σμινύη Gl. δίκελλα, ἀξίνη.

Versui ultimo adscr. ἀνάπαιστος τετράμετρος, ἀναπαιστικός.

Ad Ranas.

V. 79. κωδωνίσω Gl. δοκιμάσω, ἐξετάσω.
v. 82. εὔκολος Gl. μαλακογνώμων.
v. 132. Versum ab *Aldo* omissum *Vict.* addidit.
v. 321. *Vict.* notat σύστημα ἀμοιβαῖον.
v. 433. ἐνημμένον Gl. ἐνδεδυμένον.
v. 511. ἐπαινῶ Gl. οὐ βούλομαι εἰσελθεῖν.
v. 518. Versum hunc, quo caret Aldina editio *Vict.* addidit, ut ante *Invernizium* legebatur.
v. 758. μάλα γ' ἐποπτεύειν. Ad Schol. τὸ δὲ μάλλ' (ita Ald.) εἶπεν ἀντὶ τοῦ οὐκ ἄλλα. *Vict.* γρ. ἀλλά.
v. 1427. ἦν' ἰδού. Gl. ἠνί' ἰδοὺ ἐκ παραλλήλου.

Ad Equites.

V. 72. νῷ (ita Ald.) Gl. ἡμᾶς.
v. 103. Ad scholii verba δημευομένων διὰ Κλέωνα οὐσιῶν, in marg. *Vict. msc.* Δημεύειν, τὸ οὐσίαν τινὸς δημοσιῶσαι.
v. 152. τοὐλεόν. Gl. τὸ ἐλεὸν καὶ ὁ ἐλεός· ἐνταῦθα δὲ οὐδετέρως.
v. 278. ἐγὼ δείκνυμι. Ad Schol. vocc. ἐνδείκνυμι καὶ φαίνω, in marg. *Vict.* ἐνδείκνυμι καὶ φαίνω *non sunt expositio, sed diversa lectio in antiquo* ..... cetera pauca extricare nequeo.
v. 300. φανῶ. Ad Schol. vocc. φανῶ δὲ φανίσω, κατηγορήσω· in marg. φανῶ ἀπὸ τοῦ φαίνειν ἤγουν κατηγορήσω.

v. 396. *μακκοᾷ.* In Schol. ad *συνοικεσίου* Gl. *συνοικέσιον, συνοικέται, σύνοικοι.* Ad *προπετὲς* Gl. *προπετής, προπίπτων πρὸ τοῦ λογισμοῦ.*

v. 679. *ἑρπέτω. Vict. γρ. ἐῤῥέτω.*

v. 1359. Schol. *Σκιάδιον ...... Vict.* post *αἱ γυναῖκες* inserit *αἱ κανηφόραι.* Item post *θέουσαι, εἰς τὰ Ελευσίνια.*

Ad Acharnenses.

v. 203. *Vict.* pro *ΔΙ. ΑΜΦΙ.* ut ed. Invern.

v. 296. praeposuit *ΔΙ.* sequenti autem versui *ΧΟ.*, ut ed. Invern.

v. 439. *Vict.* apposuit *ΕΥ.*, ut ed. Invern.

v. 705. Ante *Μαραθῶνι* inserit *Vict. ἐν.*

v. 741. *Vict. παρ' ὑπόνοιαν.*

v. 1112. *θυμίτας* Gl. *ἐκ θυμῶν κατασκευασθέντας.*

Ad Vespas.

V. 207. *Vict.* apposuit *ἕτερος.*

v. 401. *κἀνασπαστὸν Vict. κάνα* (*κἀνασπαστόν,* quod probum.)

v. 1023. *παραΐξον.* In Schol. ad h. v. ante *ἐπειδὴ Vict.* inserit *τῷ.*

v. 1030. *ποῦ σθ' ὕδωρ;* In Schol. pro *ἐλυποψύ—χησεν Vict.* correxit *ἐλειποψύχησεν.*

Ad Aves.

V. 248. *κάμπτεθ' Vict. κάπτετε.*



Ad Plut. v. 236. [Pro *Gl.* scribendum Schol. quod amplius iam a *Bastio* vulgatum video p. 500. — v. 251. Item, formâ tamen paulum immutatâ, editum p. 501. – v. 275. Glossa eodem sensu exstat p. 504. – v. 307. Glossa plane eadem p. 507. – v. 313. Schol. eodem sensu p. 508. – v. 536. Schol. ex parte editum p. 530. In Schol. Paris. leg. pro κῶλα ex nostro κᾶλα, pro ἤτοι, ἤγουν. – v. 660. ad προθύματα Glossa eodem sensu edita p. 538. – v. 671. Glossa edita p. 539. – v. 706. Schol. eisdem fere verbis ed. p. 541. ubi miror *Bastium* ἀνίνων scripsisse, tamquam hoc solemne compendium non intellexisset. – v. 825. Glossa eadem ex Cod. Par. p. 548. – v. 1208. Schol. p. 565. iam editum, unde in *Vict.* Schol. corrige ἐπὶ γαμικοῦ συναλλάγματος. *Fere* igitur omitti poterat. — *F. X. W.*]

Ad Plut. v. 528. [Hoc Scholium iam *Bastius* e Cod. Parisino p. 529. ed. Schaef. evulgavit, quod ex *Victorii* apographo hic illic emendari poterit. Sed pro δάπηδός, quod est in *Vict.* apogr. restituas ex Paris. δάπητος. Επεύχια, quod *Bastium* quoque offendit, non sollicitandum, recte monuit *Hemsterh.* ad v. 542. — *F. X. W.*]

Ad Nubb. v. 888. [Οπῃ reddendum fortasse etiam *Aristid.* Panath. p. 156. T. I. ed. Iebb. ἀποῤῥεῖν ἑστῶτας ἐν Βοιωτοῖς, ὅποι σωθήσονται, cum Schol. msc. ὅποι σωθ ήσεται (leg. σωθήσονται)· ὅπῃ καὶ ὅπως· ἀποκέκλειντο (Cod. ἀπο-

κεκλεῖντα) γάρ πανταχόθεν, quod haud scio an ita legendum sit: γρ. ὅπῃ καὶ ὅπως .... ut iam *Aristidis* loco reponi debeat, ὅπῃ σωθήσονται. Ὅπῃ enim diversà ratione ab aliis per ὅποι, ab aliis per ὅπως explicatum, mox tres diversas lectiones genuit ὅπῃ, ὅποι, ὅπως. Cf. inprimis *Gregor. Naz.*, quem laudat *Greg. Cor.* p. 99. ed. Schaef. — *F. X. W.*]

Ad Rann. v. 384. [Non recte explicitum mihi videtur ἡμιχ. quod *Victorius* solito compendio scripsit. Ἡμίχ. enim foret ἡμίχορος· ἡμιχ. autem nihil aliud esse potest, nisi ἡμιχόριον, praesertim cum voci ἡμίχορος optimo iure civitatem graecam eripuisse videatur *A. Seidlerus* ad *Eur.* Troad. v. 153. — *F. X. W.*]

Ad *Frid. Thiersch.* de Copp. *Vict.* p. 323. [Sine ullâ haesitatione pro Μήκωνος equidem scripserim Μίκωνος, a quo proxime abest forma ap. *Diodor.* Μικίων. Cf. enim *Theocr.* V, 112. cum schol. msc. quod *Bastius* ad *Greg. Cor.* p. 34. evulgavit: Μίκων, ὄνομα κύριον, ι· μήκων δὲ εἶδος φυτοῦ, καὶ ὄνομα νήσου, η. — *F. X. W.*]



ANTHOLOGIA CARMINVM GRAECORVM

AVCTORIBVS

FRID. IACOBSIO ET *FRID. THIERSCHIO.*

Index Carminum in seqq. paginis exhibitorum.

I. Epigramma in *Ludovicum*, futurum regni Bavarici heredem, auctore *Thierschio*.

Not. Illustrissimus ille Bavaricae iuventutis Princeps, flagranti literarum amore ductus, hoc proximo anno linguam Graecam addiscere coepit.

II. Epigramma in *Vinariam*, cum ibi *Euripidis* Ion doceretur, auctore *Iacobsio*.

III. Aliud eiusdem generis, eodem auctore.

IV. Epigramma in diem natalem *Kaltwasseri*, eodem auctore.

V. Epigramma in *Marcum* Grammaticum *κεραςφόρον*, eodem auctore.

VI. Ad *Philonem*, cum regis B.... exercitus discessisset, eodem auctore.

VII. Epigramma ad *Fridericum Rothium*, virum artis historicae peritissimum, auctore *Thierschio*.

Not. Miserat hic placentam Norimbergicam, cuius involucro inscripserat: *καρπὸς Νωριμβέργης.*

VIII. In salubres *Gastuni* fontes, eodem auctore.

Not. Fontes hi in Alpium Noricarum convallibus *Gastuni* (zu *Gastein*, zwölf Meilen über Salzburg) proveniunt, et tantâ sunt virtute, ut flores marcidi, calidis aquis impositi, pristinum vigorem recuperent.

IX. Ad *Heynium*, eodem auctore.

Not. Carmen hoc, iam alibi impressum, hic repetere placuit, cum ibi propter literarum maiuscularum et interpunctionis rationem non sine molestiâ legi possit.

X. Epitaphium in *Heynium*, eodem auctore.

Carmina ab *Iacobsio* in graecum versa:

XI. *Alexis*, ex *Virg.* (Eclog. II.)

XII. Ad Nymphas in horto, ex *Goethio* (Opp. T. I, p. 149.)

XIII. Ad lusciniam, ex *Goethio* (p. 153.)

XIV. Carmen amatorium.

Carmina e *Schillero* a *Thierschio* versa:

XV. Clavis,

XVI. Zona,

XVII. Musarum gratia,

XVIII. *Homeri* facies in annulo expressa,

XIX. Naenia.

I.

Πρὸς
ΛΟΥΔΟΒΙΚΟΝ,
τῆς τῶν Βοίων βασιλείας διάδοχον
γεγονότα.

Α. Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; *Β.* βασιλέων γένος εἰς ἐρατεινὴν
Ἑλλάδ' Ἀθηναίης τ' ἤλυθον ἀκρόπολιν.
Α. Ἀλλ' οὕτως ἀπάτερθε φίλων διὰ λυγρὰ κέλευθα,
αἰδοῖον δὲ δέμας τειρόμενος καμάτῳ;
Β. Οὐ λυπεῖ πόνος οὗτος, ἐπεὶ καλὸν αὐτὸς ἐπεγνὼς
ψύχομαι ἐν σκιεροῖς ἄλσεσι Κεκροπίας.

II.

Τοῦ Εὐριπίδου Ἴωνος ἐν Οἰναρίᾳ διδασκομένου.

Πιερίδας θάμβος φρένας ἔλλαβεν, οὕνεκεν Ἀτθὶς
οὐκέτι Κεκροπιδῶν, ἀλλ' ἐν Ὑπερβορέοις.

III.

Ἄλλο.

Καινὴν ἀγγελίην, Εὐριπίδη, ἐν νεκύεσσιν·
δέξο μάκαρ· κεῖνται Κεκροπίης Χάριτες;
Μελπομένης δ' ἱερὸν σιγᾷ στόμα, τῷ ποτ' ἐτέρφθη
Βάκχος, καὶ κισσοῦ πᾶν ἀπόλωλεν ἔαρ·
Μὴ λυποῦ δὲ μάτην· ἔτι σὸν κλέος ἄφθιτον ἀνθεῖ,
θειάσθη δὲ τεοῖς ἄσμασιν Οἰναρίη.

IV.

Γενεθλιακὸν πρὸς Καλτουάσσιρον.

Εὔφρων τήνδε δέχου φιλίης χάριν εὖ μάλα μικράν,
Ἑλλήνων Μούσης λείψανα τραυλὰ λόγων.
Οὐ γὰρ ἐπ' σφῶν με καλὸν φάος, ᾧ σ' ἐλόχευσαν
χεῖρες Ἐλειθυιῶν, ὧν χρέος ἐστὶ τόδε.
Τῷδε φάει Μοῦσαί σε προσέβλεπον ὄμματι πᾶσαι
φαιδρῷ, καὶ πολλὰς Μοῖρ' ἐπένευσ' ἀρετάς.
Τοιγάρτοι πάντεσσι φίλος, πάντεσσι δ' ἀγαστός,
ἔξοχος ἐν παλλοῖς παντοδαπῇ σοφίῃ.
τῷ ῥ' ἐγὼ εἰς σὲ βλέπον τότ' ἀεί, σὺ δὲ πρόφρονι θυμῷ
ἤγαγες· ὡς δὲ πατὴρ ἦσθα σὺ παιδὶ φίλος.
Ἀνθ' ὧν σοὶ μάκαρες δοῖεν καλὰ πάντα βίοιο,
καὶ δόξῃ χρῆσθαι καὶ φιλίῃ καθαρῇ.

V.

Εἰς Μάρκον τὸν Γραμματικὸν κερασφόρον.

Εὐήθεων γραφέων τὰ σφάλματα Μάρκος ἀγρυπνῶν
ἐξαιρεῖ βίβλων, καὶ ῥύπον ἐκπλυνέει·
ῥήματα δ' ἀλλάσσει στοιχεῖά τε, λεπτοσύνῃ τε
εὖ μάλα θαυμασίῃ πάντα τίθησι καλῶς.
ἦ κεν ἔην, γράφει ἄν, μιν δ' εἰς νιν, καῦθις ἐς αὖτις,
κἂν ἐς ἅπαν μετάγει, μυρία δ' ἄλλ' ὁμαλῶς.
ἡ δ' ἄλοχός ποτ' ἰδοῦσα πόσιν μεγάλως φρονέοντα
κύδεϊ τῆς τέχνης, καὶ μάλ' ἐπαιρόμενον,
οὐ μόνος, εἶπε, πόσις, τέχνην ἔχει· οἶδα καὶ αὐτὴ
θέσθαι ἐπισταμένως ὡς γέρας ἀνδρὶ κέρας.

VI.

Πρὸς Φίλωνα,

προτρεπτικόν· τῶν τοῦ βασιλέως τῆς Β.... στρατιωτῶν ἀποχωρησάντων.

Νῦν πάλιν ἔστι, φίλοι, χαίρειν μέγα, νῦν ἐρατεινῶν
συμποσίων τε μέλειν, καὶ στεφάνων θαλερῶν·
ἤδη γὰρ γαίης κακὰ πήματα, γαστέρες ἀργαί,
τοῦ βασιλέως λησταὶ προτροπάδην ἔφυγον.
Ἔῤῥετε δή, ψευδῶν κομπάσματα, ῥήμασι δεινοί,
ἄνερες ἐν πόρναις, ἐν δὲ μάχῃσι κόραι.
Σοὶ δέ, Φίλων, δώσουσι δίκην, τοῦ πουλὺν ἔπινον
οἶνον καὶ χόρτου δῶμ' ἐκένωσαν ὅλον.
καὶ τέλος, ὡς φιλίης μεγάλην χάριν ἐκτελέοντες
ἵππον ἐπώλησαν σοὶ τυφλὸν ἀμφοτέροις.
ἀνθ' ὧν νῦν λιμός τε βαρὺς καὶ βόρβορος αὐτοὺς
τειρέτω· ἀλλ' ἄμμες χρώμεθ' ἐλευθερίῃ.

VII.

Πρὸς Ρόθιον,

ἱστορικῆς Μούσης μάλα ἔμπειρον ὄντα.

Οὐ μὰν ἐξ ὄρεος τοῦ Νωρικοῦ, ὡς ἀγορεύεις,
καρπῶν ἀμβροσίων εἰς σὲ κατῆλθε δόσις.
Κλειὼ δ' αἰθερίῃσι Διὸς παραδοῦσα πελείῃς,
ἀντὶ φιλοξενίης σοὶ προέηκε φέρειν.

VIII.

Εἰς τὴν Γαστουνῶν Ὑγίειαν.

Γαστουνῶν Ὑγίεια τεὰ πρὸς θερμὰ λόετρα
ἤλθον, ὅθι κρυφίων ἐκπρορέουσι μυχῶν.
θαύμαζον δὲ νάπας καὶ ὄρη καταειμένα ὕλῃ,
ἠλιβάτων τε πετρέων νιφοβόλους κορυφάς·

θαύμαζον δὲ καὶ ἄλσος. ὅθεν χείμαῤῥος ἀπ᾽ ἄκρων
    ὀξυπετὴς νεφέων εἰς σκοπέλους φέρεται·
σμερδαλέον δ᾽ ἐπὶ κῦμα βοᾷ καὶ ἐρεύγεται ἀφρὸν,
    ὑψόθεν εἰς κρημνοὺς ῥηγνυμένους προπεσόν.
Ἀλλὰ σὺ θαῦμα μέγιστον ἐφαίνεο, πότνια Νύμφη,
    ἥτις ὑπὸ σκοπέλοις ἑζομένη σκοτίοις
Αἰεὶ θερμαίνεις πυρὸς ἐν φλογὶ ἀγλαὸν ὕδωρ,
    σωσιβίων χαρίτων ἡδὺ μιγοῦσα κράτος.
Ενθα δὲ σὺν κάπνῳ κρουνέων ἱεροὶ κελαδισμοὶ
    εἰς φάος Ἀσκληπιοῦ πυκνὰ χέουσι μένος·
ἔρχονται δὲ βροτοὶ τὰ σὰ γούνατα καὶ τεὸν ὕδωρ
    πάντοθεν, οἳ νούσους ἄλλαχον οὐλομένας,
σκήπτρῳ ἐρειδόμενοι· σὺ δὲ, πότνια, σοῖς ἐνὶ κόλποις
    οἴκτρῳ δεξαμένη φάρμακον ἀμφιτιθεῖς
θύμαρες μαλακόν τε καὶ ἐμπνείουσα μέλεσσιν
    ὀδμὴν θεσπεσίην, πᾶν πάθος ἐξακέσω.
Χαῖρέ μοι, ἀσθενέεσσι φιλοφρονέουσα βροτοῖσιν,
    σωθέντων δὲ κλέος θέσφατον αἰὲν ἔχοις.

IX.

Πρὸς Εὐνεῖον.

Πόνον πονοῦμεν, οἷον Ἄτλαντος βία,
ὤμοις ἐν ἀῤῥήκτοισιν οὐρανοῦ μέγαν
στρόφον κυκλοῦντος, ἔνθα πυρὶ τετυγμένας
στείχει κελεύθους Ἡλίου σεμνὸν φάος.
καὖθις μετ᾽ αὐτὸν Νὺξ ἐπεμβατεῖ θρόνους,
εὖτ᾽ ἂν Σελήνη — κάλλος οὐ φατὸν λέγειν —
ἱστῇ φαεινὴν ἀστέρων πανήγυριν.
Καὶ νύχθ᾽ ὁμοίαν ᾗ βλέπεις ἐν οὐρανῷ
ἄστροισι μαρμαίρουσαν ἐννέποις ἴσως
κεῖσθαι μεθ᾽ ἡμῖν, ἥτις ἐμφαὴς φλέγει
σοφίας παλαιᾶς ἀγλαοῖς ἀγάλμασιν,
κἢν μὴ καλῶς ἄξωμεν οὐρανῷ σοφῶν

χορὸν δι' ὄρφνην ξὺν πόνῳ φορούμενον,
τάχ' ἂν βλέποι τις πᾶν φθαρούμενον σέλας.
Ἀλλ' εἰπέ, τί ποτ' ἔνεστιν, ὥστε μήποτ' ἂν
Ἄτλαντα θλίβειν τόδε βάρος ξυγκείμενον;
Οὗτος μὲν ἠχοῦς τέρπεται κλύων ἀεὶ
ἐν νυκτιπλάγκτοις ἀστέρων χορεύμασιν,
θυμῷ πονοῦντος ἡδύπνουν θελκτήριον.
ὡς οὖν σὲ κλεινὸν πατρὸς Εὐνείου κάρα
ἠχῶ γλυκεῖα διὰ σοφῶν ἀγάλματα,
χωροῦσα τέρποι, προφρόνως ἐπεύχομαι·
σοὶ γὰρ τὸ σεμνὸν Ἑλλάδος σαυτοῦ θ' ἅμα
κοσμοῦντα κῦδος οὐκ ἄνευ θείας τύχης,
γῆρας μὲν οὐδὲν ἔρχεται μακρῷ χρόνῳ·
στεφάνοισι δ' ἀεὶ καὶ σεβάσμασιν νέοις
Διὸς στέγουσι τέκνα σου λευκὸν κάρα.
τούτοισι θέλξας μακάριον βίου τέλος,
τέρποιο θυμὸν εἴ ποτ' ἂν τέρποις μακράν.

X.

Ἐπιτάφιον Εὐνείου.

Καὶ σὺ, γέρον, κατὰ γαῖαν ἐπῴχεο φῦλα θανόντων,
　　γήραος ἠδὲ κακῶν ἄχθος ἀποπρολιπών,
οὗλε καὶ εἰν Ἀΐδαο, λελασμένος ὧν ἀπεχώρεις·
　　οὐ γὰρ ἔτ' ἀνθρώποις φαίνεται ἠέλιος·
ἀλλ' οἶκτος καὶ ἔρις δνοφερὴν ἐπικίδναται αἶαν,
　　φάσματα δ' ἐξ Ἐρεβεῦς λυγρ' ἐπάγουσι βροτοῖς.
Ἔνθα δ' ἀπειρεσίη σὲ χάρις φθόγγοι τε λυράων,
　　Ἡρώων δὲ φάτις δέξατ' ἐπερχόμενον·
ἔνθ' ἀρετὴ σοφίη τε παλαιγενέων ἀνθρώπων,
　　οἷον ἰδεῖν ἔκαιες, λάμπρ' ἀνέχουσι κάρα.
Καί ῥα σὲ Μαιονίδης τε Μάρων τ' ἐκέων ὑποφήτην
　　ἱρῶν τέρποντές δῖον ἄγουσι χορόν.

Τῷ σὺ εὐφραινέων θυμὸν φίλον ἐν μακάρεσσιν,
χαῖρε μάκαρ γλυκεραῖς ἀμφιθαλὴς χάρισιν.

XI.

ΑΛΕΞΙΣ,

τὸ δεύτερον τῶν τοῦ Οὐεργιλίου Εἰδυλλίων μεταφρασθέν.

Ὡραίου Κορύδων ποκ' Ἀλέξιδος ἤραθ' ὁ ποιμήν·
παιδικὰ δ' ἧς τὤνακτος ὁ παῖς, οὐδ' ἐλπίδος ἄλκαρ
εἶχ' ὁ τάλας· πρὸς δ' ὧν ῥαδινὰς δρύας εὖ μάλα πολλὰ
ἦνθε, τὸ καῦμα φυγών· μῶνος δ' ἀνεμώλια μέλπων
ἄγκεσι καὶ δρυμοῖς λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδεν·
Ἄγριε παῖ, τᾶμ' οὐκ ἄρα, λάϊνε, τὶν μέλει οὐδὲν
ᾄσματα, κοὐδ' ἐλεεῖς; θνάσκεν σύ μ' ἄρ' αὐτίκα ποιεῖς.
αἶγες ἰδοὺ σκιερὸν ταὶ μηκάδες ἄλσος ὑπῆνθον
αὐτόμαται, χλωρὸς δ' ἐνὶ κεύθεται ἀσπαλάθοισι
σαῦρος, καμώντεσσι ποτὸν κεκμηκόσι μίσγει
Θεστύλις ἐκ σκορόδων, δριμὺν ποτόν, ἑρπύλλου τε.
ἀλλ' ἐγὼ ἰχνεύων τό γε σὸν στίβος, οὐκ ἀλεγίζω
καύματος, ἐν θάμνοις τέττιξ ὅκα μῶνος ἀείδῃ.
οὐκ ἄρ' ἄμεινον ἂν ἧς στυγερὰν Ἀμαρύλλιδος ὀργάν,
ἀργαλέαν τε φέρειν κώρας ὕβριν, ἤ γε Μενάλκα;
τὶ καὶ ὁ παῖς μέλας ἐντί, σὺ δ' αὖ λευκόχροος ἐσσι.
ἀλλὰ σὺ μὴ πίστευε λίαν, φίλος, ἄνθεϊ χρωτός·
πίπτει καὶ κρίνα λευκά, μέλαν δ' ἴον ἐντὶ ποθητόν·
ἦ ῥά τιν ἐμμ' ἀπότιμος ἐγών, οὐδ', οἶδα, μέλει τὶν
μᾶλ' ἐγὼ ὅσσα τρέφω, χὡς πλούσιος ἐμμὶ γάλακτος·
χίλιά μοι Σικελοῖς ἐνὶ γ' ὤρεσι μῆλα νέμονται·
κοὐ τυροῦ σπάνις ἐντὶ θέρευς, οὐ χείματος ὥρᾳ·
μέλπω δ' ὅσσ' ἄεισε μέλη ποκὰ μῆλα νομεύων
Ἀμφίων Διρκαῖος ἐν Ἀκταίῳ Ἀρακύνθῳ.
καὶ γὰρ θὴν οὐκ εἶδος ἔχω κακόν· ἦ γὰρ ἐν ἀκτᾷ
εἶδον ἐμὲ πρώαν σταθερᾶς ἁλός· οὐδὲ δέδοικα

Δάφνιν ἐγώ, παρὰ σοί γε κριτῇ· καθαρῶς δὲ δέδορκα.
αἲ γὰρ τρηχαλέαν σὺ θέλοις μετ' ἐμεῦ κατ' ἄρουραν,
ἢ λιτὰν οἰκῆν καλύβαν ἐλάφως τε διώκεν,
καὶ χιμαρῶν χλωραῖσι λύγοις ἀγέλας συναγείρεν.
Πᾶνά κεν ἐν δρυμοῖς ζαλώσαις ἁδέα μέλπων,
πρᾶτος γάρ ποκα Πὰν αὐλῶς συνεπάξατο πολλοὺς
ἐμμελέως, φιλέει τ' ἀγέλας ἀγελῶν τ' ἐπιούρους.
μηδὲ σὺ φείδεο, παῖ, τοῖς χείλεσι δώνακα λεῖξαι·
τοῦτο γὰρ ὥς κε μάθοι τί ποκ' οὐκ ἐτλησεν Ἀμύντας;
ἐντί μοι ἐξ ἀνίσων καλάμων καλὰ ἐννεάφωνος
σύριγξ, ἅν ποκά μοι Δαμοίτας δῶρον ἔδωκεν
θνάσκων, ὧδ' εἴπας· τάνδ', ὦ 'γαθέ, δεύτερος ἑξεῖς.
ὣς ἔφατ'· ἀλλ' ἔδακεν φθόνος ἄφρονα θυμὸν Ἀμύντου.
ἐντὶ δὲ καὶ νεβροὶ τοὺς ἄννυπος εὖ μάλα θαῤῥῶν
εἷλον ἐγὼ δισσώς, λευκοῖς ἐπὶ σάματ' ἔχοντας
δέρμασι· τούς τιν ὄϊς μασδῷ τρέφει ὧδ' ἐνὶ σάκοις·
δῶρον ἔχεν μ' αὐτοὺς ᾐτήσατο Θεστύλις ἤδη
πολλάκι· καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ σύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ·
ἀλλ' ἀφίκευ, καλὲ παῖ· λευκόχροά σοι κρίνα νύμφαι
ἐν καλάθοις πλήρεσσι φέροντι δή· ἁ δ' ἄρα Ναῒς
ναρκίσσως θ' ἀπαλὰς καὶ ἴον, καὶ ἀνήθινον ἄνθος
ἁδύπνουν, κάλυκάς τ' ἀναμίξ, χλοερόν τε σίσυμβρον,
πάνθ' ἅμα ποικίλλουσα καλῶς σοφίᾳ μάλα τερπνᾷ.
αὐτὸς ἐγὼν ἄχνῃ πεποκωμένα μᾶλ' ἀποδρεψῶ,
καὶ κάρυον· καρύων δὲ μάλ' ἤρατο τῶνδ' Ἀμάρυλλις·
ξανθοῖς σὺν βραβύλοις· κῦδος καὶ τοῖς καλὸν ἔσται.
καὶ κλῶνας δάφνης δρεψεῦμ' ἐγώ, ἠδὲ μυρόπνουν
μύρτον· τῶν γλυκερὰ μιχθέντων κίδναται ὀδμά.
ἄγριος εἶ Κορύδων· δώρων δ' οὐ κήδετ' Ἀλεξις·
οὐδέ κεν, εἰ δώρων ἔρις ἦς, εἴξειεν Ἰόλλας.
οἴ μοι ἐγώ· τί δ' ἔρεξ' ὁ δυσάμμορος; ἄνθεσι χεῖμα
ὦρσα κακόν, καθαροῖς τε καπροὺς ἐνέπεμψα ῥεέθροις.
νήπιε παῖ, φεύγεις μ' ὅτι βωκόλας· ἦ ῥα νέμοντο
καὶ θεοὶ ἐν δρυμοῖς, χήρως Πάρις· ἄστεα Παλλὰς
ἁ πολιοῦχος ἔχοι, χλωρὸν δρίος ὔμμιν ἀρέσκοι.

τὸν λύκον ἠνίδ' ὁ λίς, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,
ἁ δ αἶξ τὰν κύτισον· Κορύδων δ' ἐπὶ τὶν μεμάνηται,
ἄγριε παῖ· τέρψις γὰρ ἐφέλκεται ἄλλοθεν ἄλλον.
Ἀλλ' ἤδη ταῦρος ποτὶ ταῦλιον ἔρχετ' ἀροτρεύς·
ἠέλιός τε δύων σκιάει ζείδωρον ἄρουραν·
ἀλλ' ἔμ' Ερως αἴθει· τίς γὰρ λώφησις ἔρωτος;
ὦ Κορύδων, Κορύδων, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
ἐντί τιν ἀμίτματος ἔτ' ἄμπελος ἐν πετάλοισι,
πολλά τε κὴν ἀγροῖσιν ἔτ' ἄσκαλα· κάλλιον ἔνθοις
ῥέξων χ' ὧν ὄφελός τι, λυγὸν σχοίνους τ' ἀναπλέξων.
εὑρησεῖς ἄλλον τιν', ἐπεὶ σ' οὗτός γ' ἀθερίζει.

XII.

Πρὸς τὰς Νύμφας ἐν κήπῳ.

Ἄλσεων καὶ σκοπέλων, Νύμφαι καλαί, ἐνναετεῖραι,
παντὶ δοτ' εὐμενέως ὧν ἂν ἕκαστος ἐρᾷ·
τῷ μὲν ὀδυρομένῳ χαίρειν πάλιν, ἐλπίδα δειλῷ,
τῷ δὲ φιλοῦντι φίλης ἀντιάσαντα τυχεῖν·
ὤπασε γὰρ, θεαί, ὔμμι πατὴρ, ὃ βροτοῖς ἀπένευσεν,
εὐκτὰ πορεῖν, υμῖν εἴ τις ἔοι πίσυνος.

XIII.

Εἰς ἀηδόνα.

Εν καλῇ ποτ' Ερως σ' ὀλίγην ἔτι θρέψεν, ἀηδών,
αἰχμῆς ἐκ βελέων μάστακα δοὺς ῥοφέειν·
ἰὸν δὲ δριμὺν σὺ πιοῦσα τότ', αὐτὸ φυλάσσεις
χείλεσι, καὶ τὸ μέλος φάρμακ' ἔρωτος ἔχει.

XIV.

Ερωτικόν.

Ἕσπερε, φαῖνε καλόν, κατὰ γὰρ πόλον ἔσκεπεν ὄρφνη,
καὶ διὰ πετράων νίσσομαι ἠλιβάτων·
τραῦμα γὰρ ἐκ βελέων τῆς Κύπριδος εὖ μάλα θερμὸν
ἐν στήθεσσιν ἔχων ἔσσυμαι ὀτραλέως·
καὶ λύκοι ὠρύονται ἀνὰ σκότος· ἀλλὰ μένει με
ἡδὺ φίλημ' Ινοῦς· Εσπερε, φαῖνε καλόν.

XV.

Η κληΐς. 1)

Σαυτοῦ γνωσόμενος θυμόν, τὸν ἑταῖρον ἐρεύνα·
τὸν δὲ μαθησόμενος σόνγ' ἐπίδοιο κέαρ.

XVI.

Η ζώνη. 2)

Κρύπτει ἐνὶ ζώνῃ θελκτήρια πάντ' Αφροδίτη·
αἰδὼς δ' αὖ κείνην συμπλέκει ἠδὲ χαλᾷ.

---

1) *Schiller* p. 309. ed. Lips.

Der Schlüssel.

Willst du dich selber erkennen, so sieh' wie die andern es treiben,
Willst du die andern versteh'n, blick' in dein Eigenes Herz.

2) p. 322.

Der Gürtel.

In dem Gürtel bewahrt Afrodite der Reize Geheimniss,
Was ihr den Zauber verleiht, ist was sie bindet, die Schaam.

XVII.

Τὰ Μουσῶν χαρίσματα. 3)

Ἔρρει καὶ τὸ κλέος σὺν ἀεικελίοις· σὺ δὲ, Μοῦσα,
κόλποις Μνημοσύνης ἔνθεσο σεῖο φίλους.

XVIII.

Ὁμήρου ἐν δακτυλίῳ πρόσωπον. 4)

Σοὶ μὲν ἐγὼ τὰ κρυφαῖα, γέρον φίλος, ἐγγυαλίξω·
ἅσσα δ' Ἔρως χάρισεν, μοῦνος ἀοιδὸς ἴδοι.

XIX.

Θρῆνος. 5)

Κάτθανε καὶ τὸ καλόν· τὸ θεοὺς ἐδάμασσε καὶ ἄνδρας,
οὔποτε δὲ Στυγίου Ζηνὸς ἔθελξε φρένας..

---

3) p. 324.

Die Gunst der Musen.

Mit dem Philister stirbt auch sein Ruhm, du himmlische Muse
Trägst die dich lieben, die du liebst, in Mnemosynens Schooss.

4) p. 324.

Der Homerus-Kopf als Siegel.

Treuer alter Homer! Dir vertrau' ich das zarte Geheimniss;
Um der Liebenden Glück wisse der Sänger allein.

5) p. 325.

Nänie.

Auch das Schöne muss sterben! das Menschen und Götter bezwinget,
Nicht die eherne Brust rührt es des stygischen Zeus.

Η μὲν Ερως ποτ' ἔπεισε τὸν ἐν νεκύεσσιν ἄνακτα,
ἐκ δ' οὐδοῦ δῶρον σχέτλιος εἶλκε πάλιν.
Οὐ Κύπρις ὠτειλὴν ἐρατεινοῦ παιδὸς ἔπαυσεν,
ἄγλα' ἐπεὶ νηλέως μηρὰ πάταξε κάπρος.
Οὐδ' αὐτ' ἀθανάτη μήτηρ ἥρωα σάωσεν,
δῖον, ὅτ' ἐν Σκαιῇς πότμον ἐπίσπε πύλῃς.
Εκ δ' ἁλὸς ἐξαναδῦσα σὺν αὐτῇς Νηρεΐδεσσιν
ἄρχει ἐπ' ὀλλυμένῳ πένθεος ἠδὲ γόου.
Πάντες δ' αὖ κλαίουσι θεοὶ, κλαίουσι θέαιναι,
οὕνεκα καὶ τὸ καλὸν Μοῖρ' ὀλόεσσα δαμᾷ.
Εσθλῶν μὰν ἑτάροισι γόου ἐπὶ ἵμερον ὄρσαι·
ἀκλειῶς δὲ κακὸς βήσεται εἰς Αΐδεω.

Einmal nur erweichte die Liebe den Schattenbeherrscher,
Und an der Schwelle noch streng, rief er zurück sein Geschenk.
Nicht stillt Afrodite dem schönen Knaben die Wunde,
Die in den zierlichen Leib grausam der Eber geritzt.
Nicht errettet den göttlichen Held die unsterbliche Mutter,
Wann er am skäischen Thor, fallend sein Schicksal erfüllt.
Aber sie steigt aus dem Meer mit allen Töchtern des Nereus,
Und die Klage hebt an um den verherrlichten Sohn.
Siehe! Da weinen die Götter, es weinen die Göttinnen alle,
Dass das Schöne vergeht, dass das Vollkommene stirbt.
Auch ein Klaglied zu seyn im Mund der Geliebten ist herrlich;
Denn das Gemeine geht klanglos zum Orkus hinab.



Corrigenda:

Pag. 307. lin. 3. Pro *Tragicos et Aristophanem*, lege *et Tragicos.*

— 309. — 1. Not. τοσον — lege τόσον.

— 317. — 4. a fin. Not. *prasertim* — lege *praesertim.*

— 323. — 10. Not. υἱδοὺς — lege υἱδοῦς.

— 326. — 6. *pronunciato* — lege *pronunciatum.*

— 334. — 10. δόμοις — lege δώμασι.

— 335. — 1. Ad *nonnisi — praetervidi, lectiones Vict. ad priorem locum commemoratas etiam in aliis Codd. exstare. TH.*

— 337. — ult. Delendum *in appendice.*

— 370. — 4. Delendum *scr.* τοῦ. Cf. enim *Bast.* ad *Gregor. Cor.* p. 353. et p. 883. *W.*

— 396. — 6. v. v94. Leg. v. 894.

— 402 — 7. a fin. *Sit* leg. *Sic.*

ACTA

PHILOLOGORVM MONACENSIVM

AVCTORITATE REGIA

EDIDIT

FRIDERICVS THIERSCH.



TOM. I. FASC. IV.



MONACHII IN LIBRARIA SCHOLARVM REGIA,
NORIMBERGAE APVD STEINIVM IN COMMISSIS.
MDCCCXIV.

AIGA

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Continentur in hoc fasciculo:

I. Friderici Thierschii Dissertatio de Verborum Modis, quibus apud Homerum Tempora et Causae Rerum indicantur. *Pars tertia et ultima.* Pag. 435 - 467.

Eiusdem Dissertatio, quâ leges de Vsu Modorum apud Homerum contra Hermanni Dissertationes defenduntur. Pag. 468 - 491.

II. Franc. Xav. Werferi Lectionum in P. Ovidii Nasonis Heroidas Specimen. Pag. 495 - 566.

Postscriptvm Pag. 567.

Indices Pag. 569 - 583.

I.

FRIDERICI THIERSCHII

DISSERTATIO

DE

VERBORVM MODIS,

QVIBVS

APVD HOMERVM TEMPORA ET CAVSAE RERVM INDICANTVR.

PARS TERTIA ET VLTIMA,

QVAE SENTENTIAS CAVSALES COMPLECTITVR.

DISSERTATIO
de Verborum Modis, quibus apud Homerum Tempora et Causae rerum indicantur.

Pars tertia et vltima.

Absolutis iis, quae de Verborum Modis, quibus apud Homerum tempora rerum indicantur, nobis dicenda erant, sequitur iam, ut eorum Verborum, quae causas indicant, Modos, sive sententias causales, ad eandem normam exigamus. Non vero id nunc agimus, ut doceamus lectorem, quae sententiae sint causales, quot earum genera, quae denique argumenta, quibus leges earum contineantur. Haec enim omnia iam in Grammaticâ exposuimus, cuius doctrinam in his dissertationibus nos non repetituros, sed amplificaturos et stabilituros esse alibi iam sumus professi. Ex omnibus vero, quae reperiuntur,

sententiis causalibus nunc quidem eas tractandas selegimus, quae indicant, *aliquid esse, fuisse, fore, si aliud quid sit, fuerit, futurum sit.* Incipiunt hae omnes ab αἴ, αἴκε, εἰ, εἴκεν, εἰ ἄν, ἤν, εἴπερ, εἴπερ τε, εἴπερ κεν, εἴπερ ἄν. Reliqua duo huiusmodi sententiarum genera, alterum, quod ab ὡς, ὅτι, ἐπεί, alterum earum, quae a Relativo vel a Particulâ relativâ incipiunt, hîc omittuntur. Prius illud a nobis in Grammaticâ graecâ §. 220. transitivis sententiis additum nullas habet tantas difficultates, ut singulari tractatione egeat. Alterius exemplum sit Il. *A*, 218.

ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ,

in quo ὅς κε idem est, quod εἴ τίς κε, unde eodem, quo εἴ κε modo construitur. Harum exempla uberrima sunt, et peculiari a nobis dissertatione, qua doctrinam nostram de sententiis relativis Gramm. §. 222 – §. 227. ulterius persecuturi sumus, examinabuntur. –

Iam ut ad eas, quae ab εἰ reliquisque eius generis Particulis incipiunt, redeamus, primum lubet quaerere, quo modo αἴ et εἰ Particulae inter se differant. Originem utriusque si respicias, recte Eustathius ad Odyss. p. 1647. l. 6. indicat, αἴ formam esse doricam Particulae εἰ, laudatis vocibus κταίνω, φθαίρω, quarum eadem ad vulgatas κτείνω, φθείρω ratio est. Cf. idem ad Odyss p. 1581, l. 21, – p. 1763, l. 58; p. 1889, l. 57,

et ad Il. p. 852; l. 27. nec non Koenius ad Gregor. Corinth. de Diall. ed. Schäf. §. LXII. p. 250 not. 50. Non defuerunt, qui, cum eiusdem originis utramque voculam deprehenderent, alteram, αἲ scilicet, aut in plurimis locis ut inutilem Dorismum improbarent, aut omnino ab Homero removendam putarent, quod nobis quidem minime faciendum videtur. Nam primum usu inter se αἴ et εἰ discedunt. Nusquam enim αἲ solum cum Coniunctivo, neque cum ἄν iunctum videris. Deinde, cum tam multiplex et varia sit sententiarum causalium vis et natura, formam doricam a poëtis potissimum adhibitam deprehendas, ubi cum causâ aliquem simul animi affectum volunt indicari, unde ἐπίῤῥημα εὐκτικόν, θρηνητικόν, μεμπτικόν, δυςφορικόν Eustathius et Scholiastae voculam eam dixerunt. Exemplis ut utamur, εὐκτικόν est Il. *Α*, 129: αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι. – V. 207. Ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸ σὸν μένος, αἴ κε πίθηαι· coll. Il. *Λ*, 790, ταῦτ' εἴποις Ἀχιλῆϊ – αἴ κε πίθηται. – *Α*, 407, λαβὲ γούνων, Αἴ κέν πως ἐθέλῃσιν ἐπὶ Τρώεσσιν ἀρῆξαι. Nexus quidem sententiarum, quo et κε et Coniunctivus inducuntur, in causa est, ut vota non sola, sed cum notionibus causae et conditionis simul comprehensa in sententiis illis contineantur; istum autem nexum simulatque solveris, res ad solum votum redibit: αἲ ποθι Ζεὺς δοίη, reliqua, ut Il. *B*, 13, 371, Αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη

καὶ Ἄπολλον, Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν. — Timorem innuunt Il. *K*, 404 Μέγα μὲν κακόν, αἴ κε φέβωμαι. — V. 406, τὸ δὲ ῥίγιον, αἴ κε ἁλώω. — Hinc ubi singulum quidquam atque definitum in orationem infertur, quod fieri aut non fieri, sciri aut ignorari nullo animi affectu dicitur, tunc εἰ, εἴ κεν, ἤν locum suum tuentur. Il. *Θ*, 532, Εἴσομαι, εἴ κέ μ' ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης Πὰρ νηῶν πρὸς τεῖχος ἀπώσεται, ἤ κεν ἐγὼ τὸν — φέρωμαι, — et ita semper post εἴσομαι, τίς δ' οἶδ', οὐκ οἶδ', πεύσομαι ἤν που, εἴ που, nec unquam οὐδ' αἴ, sed semper οὐδ' εἰ, οὐδ' εἴ κε, οὐδ' ἤν. — Recte igitur Wolfius Il. Θ, 533, εἴσομαι, εἴ κε μ' ἀπώσεται, et v. 535, διαείσομεν, εἴ κε — μείνῃ, vulgatas lectiones αἴ κε repudiavit. Clarum iam, quare voci αἴ locus pateat, ubi sententiâ, quam incipit, plura comprehenduntur, contra ubi singulum quoddam ex pluribus istis exemtum proponatur, quare tum εἰ debeat poni. Exemplo sit Il. *E*, 129.

Τῷ νῦν, αἴ κε θεὸς πειρώμενος ἐνθάδ' ἵκηται,
Μήτι σύγ' ἀθανάτοισι θεοῖς ἀντικρὺ μάχεσθαι,
Τοῖς ἄλλοις· ἀτὰρ εἴ κε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
Ἔλθῃσ' ἐς πόλεμον, τήνδ' οὐτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ.

Non sum nescius, multis modis hunc vocularum usum esse perturbatum. Ita nemo facile dixerit, quare αἴ κε μὴ, pro εἴ κε μή Wolfius probaverit Il. *Π*, 32, *Σ*, 32, et Il. *Δ*, 353, ὄψεαι ἤν ἐθέλῃσθα, καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ, porro Il. *N*,

743 Δούρατα δ' αἴ κ' ἐθέλησθα — καὶ εἴκοσι δήεις, quare αἴ κεν legatur, non εἴ κε, multaque alia eius generis; sed, dummodo vera sunt, quae de discrimine vocis utriusque exposuimus, lectionis ista ambiguitas cessat, simulatque volueris, cum nullus detur locus, in quo αἴ κε cum εἴ κε non possit commutari.

Sequitur, ut de legibus dicamus, ad quas sententiae causales construuntur. Cohaerent autem istae cum regulis sententiarum temporalium, ita quidem, ut I. *Coniunctivus nonnisi in rebus praesentibus et futuris indicandis locum habeat*, II. *ut Optativus de rebus, quae in sola cogitatione versentur*, adhibitus, Particulas conditionales κεν et ἄν respuat.

Duobus tamen modis ab istis regulis recedunt. Nam primum εἰ omnium Temporum Indicativis praeponitur, quod in Particulis temporalibus secus esse docuimus. Deinde εἰ solum, sine κεν et ἄν multo rarius quam ὅτε, ὁπότε cum Coniunctivo iunctum deprehendas, dummodo ne corruptae constructiones numerentur. Nolumus autem lectores in constructionibus Indicativorum et Optativorum commemorandis morari, quales sunt

Il. Α, 116

Ἀλλὰ καὶ ὧς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον, nempe ἐςίν.

v. 135.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ —

v. 255.

Ἡ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες —

Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν, —

In his enim nihil est, quod explicatione egeat. Neque nos Particulae *εἰ* significatio morabitur, qua modo in interrogatione, *φράσαι, εἴ με σαώσεις*, modo extra interrogationem, ut in locis supra positis, adhibitum occurrit. Constructiones enim sunt eaedem, et ob hanc ipsam causam sententias, quibus interrogatio inest, a causalibus separare noluimus.

In illud autem lectores animum ante omnia advertant, Optativos istos, simulatque Particula conditionalis accesserit, in Coniunctivos abire, quamvis per sententiae naturam minime hoc exspectaveris. Ita Odyss. Ξ, 134, *Οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον Ἤπιον ὧδε ἄνακτα κιχήσομαι, ὁππόσ' ἐπέλθω, Οὐδ' εἴ κεν πατρὸς καὶ μητέρος αὖτις ἵκωμαι Οἶκον — οὐδέ νυ τῶν ἔτι τόσσον ὀδύρομαι.* Verba sunt Eumaei de Vlysse. Quis non *ἱκοίμην* exspectasset? Est enim senex, qui loquitur, qui nec ipse iam exspectat, fore, ut unquam ad suos sit reversurus. Credas igitur sententiam eam esse, quae tantum cogitando concipiatur. Sed abiit ista ratio, simulatque accesserat *κεν*. Haec enim vocula, ut locum habere possit, sententia ab alterâ pendens, eoque *ὑποτακτικῇ* esse debet.

Nos: auch nicht *im Fall* dass ich zurückkäme. – Odyss. *N*, 332, τίς δ' οἶδ' εἴ κε καὶ αὐτὸς – τῆλε φίλων ἀπόληται, eiusque generis permulta. – Contra Optativus Particulà conditionali non impeditus apparet in simillimis sententiis, ut Odyss. *Γ*, 115, Οὐδ' εἰ πεντάετές γε καὶ ἑξάετες παραμίμνων Ἐξερέοις. Coll. *Γ*, 228, *Δ*, 224, 226. *M*, 78, 88. *Ξ*, 56. *X*, 61. *Ω*, 174. – Odyss. *X*, 14, τίς κ' οἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσιν, Μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη, Οἷ τεύξειν θάνατον. –

Illud igitur certissimum, alteram constructionem ab alterâ excludi. Qui in huiusmodi rebus utrumque recte dici defendunt, hi quidem leges linguae ex ordine omnes perfringunt, ut male conceptis rationibus aut opinionibus sine ratione prolatis satisfaciant; nec isti de fluxâ et ambiguâ Homeri dictione, sed de suâ ipsorum culpâ queri debent. – Sed ad inceptum redeamus et primum de Coniunctivo sententiarum causalium dicamus.

Αἴ κε

locis CXIX cum Coniunctivis iungitur, quorum sex breves vocales habent; VI locis cum Optativis. – Coniunctivi sunt Il. *A*, 129, 207, 408, 420 – *Δ*, 98, 170, 249, 353. – *E*, 129, 260, 762, – *Z*, 94, 96, 260, 275, 277, 281, 309, 443, 527. – *H*. 118, 175, 373, 394, – *Θ*, 142, 191, 282, 287, 471. – *I*, 172, 255, 359. – *K*, 55. – *Λ*, 404, 405, 791, 797,

799. - *M*, 275. - *N*, 238, 260, 829. - *Ξ*, 116, 311. - *Π*, 32, 41, 445, 725. - *P*, 121, 652, 692. - *Σ*, 91, 143, 180, 199, 213, 278, 306, 457, 601. - *T*, 71, 147. - *Υ*, 186, 301, 436. - *Φ*, 293. - *X*, 256. - *Ψ*, 82, 413, 543. - *Ω*, 116, 301, 355. = Odyss. *Α*, 279. - *B*, 102, 133, 144, 186. - *Γ*, 92. - *Δ*, 34, 322, 391. - *E*, 164. - *Θ*, 496. - I, 502, 520. - *Λ*, 105, 347. - *M*, 49, 53, 163, 216. - *N*, 182, 359. - *Ξ*, 118. - *O*, 312. - *P*, 51, 60, 230, 549. - *Σ*, 83. - *T*, 147. - *Υ*, 233. - *Φ*, 305, 314. - *X*, 7, 167, 253. - *Ψ*, 79. - *Ω*, 137, 511. Breves vocales habent Coni. Il. *Α*, 66. - *B*, 72, 83. - *Γ*, 216. - *Φ*, 438. = Odyss. *Ω*, 217. Sex Optativos facile extinguas

Il. *E*, 279.

Νῦν αὖτ' ἐγχείῃ πειρήσομαι, αἴ κε τύχοιμι.

In multis est *τύχωμι*, *τύχωμαι*, quo minus dubium, quin *τύχωμι* scribendum sit, item Il. *H*, 243, utrumque volente etiam Hermanno in Dissert. de Praeceptis quibusdam Atticistarum p. XVIII lin. 19. — Il. *H*, 387, *αἴ κε* in *αἴθε* mutandum, et locus ita interpungendus est:

Ἠνώγει Πρίαμός τε καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγαυοὶ
Εἰπεῖν — αἴθε περ ὔμμι φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο,
Μῦθον Ἀλεξάνδρου, - Ita Il. *X*, 41.
Σχέτλιος, αἴθε θεοῖσι φίλος τοσσόνδε γένοιτο
Ὅσσον ἐμοί. - Cf. *Δ*, 178. *Π*, 722.

Eadem particula, αἴθε cum Optativo restituenda haud dubie Odyss. Δ, 34.

Ἦ μὲν δὴ νῶϊ ξεινήϊα πολλὰ φαγόντε
Ἄλλων ἀνθρώπων, δεῦρ' ἱκόμεθ' — αἴ κέ ποθι Ζεὺς
Ἐξοπίσω περ παύσῃ ὀϊζύος! — ἀλλὰ λῦ' ἵππους κ. τ. λ.

Quod Hermanno l. l. αἴ κε παῦσαι scribendum visum fuerit, valde miror. Quis enim particulae κεν in voto simplici indicando locus? — Idem vir praeclarus l. l. Odyss. ρ. 60 αἴ κε τελέσσῃ in τελέσσαι mutandum censet *ob tempus*, ut ait, *praeteritum*. At vero κεν et ἄν in tempore praeterito indicando cum Optat. ita adhiberi a graecae dictionis indole tam absonum, quam inauditum, si quis pauca loca corrupta exceperit. Quod ad constructionem adtinet, locus hic prima vestigia usus illius ostendit, de quo diximus in his Actis p. 218, nimirum in rebus praeteritis Coniunctivo tum locum esse, *cum oratio recta constructioni inclusa sit*. Vide ibi exempla.

Il. Ω, 686

Σεῖο δέ κε ζωοῦ καὶ τρὶς τόσα δοῖεν ἄποινα,
Παῖδες τοὶ μετόπισθε λελειμμένοι, αἴ κ' Ἀγαμέμνων
Γνοίῃ σ' Ἀτρείδης, γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί.

Wolfius veram lectionem γνώῃ, eoque veriorem, quod γνώωσι sequitur, haud dubie ob κε δοῖεν

in praecedd. negligendam et constructionem sibi ipsi discordantem reddere, quam cum κε δοίεν in Apodosi Coniunctivum iungere maluit. Sed hic ipse locus, in quo Coniunctivus γνώωσι sollicitari non potest, vel solus docere debuisset, quod iam supra p. 199 ostendimus, Optativo conditionali (δοίεν κεν) Coniunctivum cum Particulâ (αἴ κε γνώωσι) copulari. Reliqui duo Optativi in Odysseâ haerent, quorum prior ob eandem, ut arbitror, causam a nuperrimo editore relictus est.

Odyss. ν. 389.

Αἴ κέ μοι ὣς μεμαυῖα παρασταίης, Γλαυκῶπι·
Καί κε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἄνδρεσσι μαχοίμην.

Leg. παραστήης, nisi αἴ κε vitiosum.

Odyss. Ω, 217.

Πατρὸς πειρήσομαι ἡμετέροιο
Αἴκε μ' ἐπιγνοίη καὶ φράσσεται ὀφθαλμοῖσιν,
Ἠέ κεν ἀγνοιῇσι.

Coniunctivus φράσσεται (i. e. φράσσηται), si tanquam talis agnitus fuisset, procul dubio movisset Wolfium, ut ἐπιγνώῃ scriberet, quod fecit etiam Hermannus l. l., et vulgatae ἀγνοιῇσι parceret. Hic igitur locus de αἴ κε nonnisi cum Coniunctivo obviis tam firmus est, ut ad autonomiam suam defendendam nullâ, ut equidem arbitror, vi indigeat.

Sed ne quid omittamus, haeret Il. Ο, 213, In-

dicativus cum αἴ κε iunctus: Αἴ κεν — Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται, οὐδ' ἐθελήσει ἐκπέρσαι — Ἴσω τοῦθ' — quem corrigat, qui voluerit. Nos cum cum vitio relinquimus, quia non uno modo corrigi potest. Verisimillimum tamen, αἴ κεν pro εἰ μέν irrepsisse. —

Maior licentia regnat in structura particularum

Εἴ κεν.

Coniunctivum receperunt loca LXXX, quorum VII breves vocales habent, Optativum XXI; scilicet Il. *Α*, 137, 324, 580. — *Β*, 364. — *Γ*, 281, 284. — *Ε*, 131, 212, 220, 351. — *Η*, 77, 81. — *Θ*, 106, 462, 532, 535. — *Ι*, 136, 412, 277, 362, 414, 604. — *Κ*, 106, 452. — *Λ*, 315, 391. — *Μ*, 71. — *Ν*, 373. — *Ο*, 403, 498. — *Π*, 88, 499, 860. — *Ρ*, 28, 39, 91, 94. — *Τ*, 138, 181. — *Φ*, 553, 567. — *Χ*, 99, 111, 244, 343. = Odyss. *Α*, 287, 289. — *Β*, 332, 218, 220. — *Ε*, 466, 470. — *Ζ*, 313. — *Η*, 76. — *Κ*, 110. — *Λ*, 110, 112. — *Μ*, 137, 138, 299. — *Ξ*, 140, 395, 398. — *Π*, 405. — *Ρ*, 79, 82. — *Τ*, 327, 488, 496. — *Φ*, 114, 339, 364. — *Χ*, 76, 99, 345. — Breves vocales habent Il. *Β*, 258. — *Ε*, 212. — *Κ*, 449. — = Odyss. *Ε*, 417. — *Π*, 238, 254. — *Χ*, 76.

Optativorum maxima pars sponte evanescit, si vel solam analogiam spectes. Eos in classes quasdam distribuamus.

Optativus post οὐδ' εἴ κεν

Ac Coniunctivi quidem post has Particulas memorabile exemplum Odyss. Ξ, 139 supra posuimus. Adde

Il. Θ, 478

σέθεν ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω
Χωομένης, οὐδ' εἴ κε τὰ νείατα πείραθ' ἵκηαι
Γαίης καὶ πόντοιο, ἵν' Ιαπετός τε Κρόνος τε —
Οὐδ' ἢν ἔνθ' ἀφίκηαι. —

Add. Il. A, 38, οὐδ ἢν Αγαμέμνονα εἴπῃς. Il. Ψ, 346, οὐδ' εἴ κεν ἐλαύνῃ. — Iam dicat aliquis, num hac tam firmâ constructione, in qua ne tum quidem Coniunctivus cessat, ubi remoto κεν rectissimus Optativus proditurus sit, ferendum putet

Il. I, 445.

ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι
λείπεσθ', οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτός.

Il. X, 220 —

Οὔ οἱ νῦν ἔτι γ' ἐστὶ πεφυγμένον ἄμμε γενέσθαι,
Οὐδ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθοι. —

Il. T, 322

Οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι;
Οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην,

quin Il. X, 348, quocum Il. Θ, 478 supra positus congruit,

ὡς οὐκ ἔσθ', ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι
Οὐδ εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα

Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπάσχωνται δὲ καὶ ἄλλα

Οὐδ' εἴ κέν σ' αὐτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγοι Δαρδανίδης Πρίαμος –

Qua tandem ratione is Modus defendetur? Scilicet omnia recte dici: οὐδ' εἴ κε πυθοίμην, οὐδ' εἴ κε πύθωμαι, οὐδ' εἰ πυθοίμην, οὐδ' εἰ πύθωμαι? Demus hoc. Tunc fatearis, in quadringentis fere locis, ubi sententiae causales et temporales κεν iunctum habent, abesse rationem, qua inter lectiones in plurimis istorum locorum dissonas et confusas verae reperiri possint. Sed priusquam hanc construendi lubidinem in Homerum effundamus, doceatur necesse est, Particularum ἄν et κεν aliam esse vim, quam eam, quae in conditione indicanda versetur. Cf. nos in huius dissertationis Part. II p. 185 et in Grammat. §. 195. p. 271. – Hoc nisi fiat, eo nitendum, quo ratio atque linguae usus, quo officium critici dictionem homericam sibi ipsi respondentem reddendi vel invitos trahunt, ut κεν atque ἄν non nisi in iis sententiis temporalibus et causalibus admittamus, quae *Coniunctivos habent*, et quae ab alterâ ita pendent, ut conditionem indicent, quâ istud, quod in eâ continetur, fieri posse dicatur. Hoc si verum, Optativus, qui rem non aliunde pendentem, sed mente tantum et cogitatione conceptam indicat, ex hac structura seclusus, et loca, quae eum recepe-

runt, vitiatae lectionis convicta sunt. — Sed verbosiores fortasse fuimus, quam res, quae, ut nobis videtur, luce clarior est, desideraverit. Igitur in ista loca πάθῃ et ἀνώγῃ, e variis lectionibus receptis, et in primo ὑπόσχῃ posito, quo Schol. et Eustath. ducunt, ὑπόσχηται, ἐγγυήσηται explicantes, in extremo autem scripto πύθωμαι (nam quo minus οὐδ' εἰ καὶ — πυθοίμην scribamus, impedit usus linguae, ex quo οὐδ' εἰ nusquam cum καί ap. Homerum copulatur), ad reliquos Optativos exagitandos pergamus. —

Optativus cum κεν post τίς δ' οἶδε.

Il, Α, 792.

Τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ, σὺν δαίμονι, θυμὸν ὀρίναις;

Scribe cum Hermanno l. l. p. XVIII. ὀρίνῃς, coll. Il. Ο, 403.

Τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ, σὺν δαίμονι, θυμὸν ὀρίνω;

et Odyss. Β, 332.

Τίς δ' οἶδ' εἴ κε καὶ αὐτὸς — τῆλε φίλων ἀπόληται;

Odyss. Τ, 216.

Τίς δ' οἶδ', εἴ κέ ποτέ σφι βίας ἀποτίσεται ἐλθών;

quod ab Hermanno l. l. p. XVIII. pro Futuro habitum est. Si sermo Homeri ad leges suas revocatus erit, Futurum cum εἰ κεν in magno isto grege constructionum absonarum et poëtae obtrusarum numerabitur.

Ad eandem normam Odyss. Ξ, 120.

Ζεὺς γάρ πού τόγε οἶδε — εἴ κε μιν ἀγγείλαιμι
ἰδών

scribendum esse ἀγγείλωμι nemo iam dubitabit.

Pertinet huc Il. O, 16.

Οὐ μάν οἶδ', εἰ αὖτε κακοῤῥαφίης ἀλεγεινῆς
πρώτη ἐπαύρηαι, ubi ad eandem analogiam scr.
εἴ κ' αὖτε —

Optativus post κέν, quod in μέν mutandum.

Od. Θ, 352.

Πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο

Scrib. Εἰ μὲν Ἄρης οἴχ. — Coll. Il. K, 243.

Εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι,
Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην

Optativus post κέ, quod in γέ mutandum.

Il. E, 273.

Εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀροίμεθά κε κλέος
ἐσθλόν.

Il. Θ, 196.

Εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἐελποίμην κεν Ἀχαιούς
Αὐτονυχὶ νηῶν ἐπιβησέμεν.

In his γέ pro κέ scribendum esse, docent

Il. Z, 284.

Εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' Ἄϊδος εἴσω,
Φαίην κε φρέν' ἀτέρπου οἰζύος ἐκλελαθέσθαι.

Il. Ξ, 208.

Εἰ κείνῳ γ' ἐπιέσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ
Εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι,
Αἰεί κέ σφι φίλη τε καὶ αἰδοίη καλεοίμην.
Odyss. *Α*, 163.
Εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ἰδοίατο νοσήσαντα
Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι.
Coll. Odyss. *Σ*, 254, *εἰ κεῖνος γ' ἐλθὼν — ἀμφιπολεύοι.* — Odyss. *Τ*, 127. Simile quid Il. *Ν*, 485. *εἰ γὰρ ὁμηλικίῃ γε γενοίμεθα.* Coll. Odyss. *Β*, 62.
Coniunctivus in hoc nexu legitur Odyss *Ζ*, 313, et *Η*, 75.
Εἴ κέν τοι κείνη γε φιλοφρονέῃσ' ἐνὶ θυμῷ,
Ελπωρή τοι ἔπειτα, φίλους τ' ἰδέειν κ. τ. λ.
ad cuius normam tollendum vitium Il. *Α*, 59. *Οἴω, Αψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν* scr. *φύγωμεν.*

Optativus illatus propter Apodosin.

Plures Optativos post *εἴ κεν* non ob aliam causam illatos putes, quam quod in Apodosi *κέν* cum Opt. est.
Il. *Ι*, 142.
Εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαϊκόν, οὖθαρ ἀρούρης,
Γάμβρος κέν μοι ἔοι —
Scribe *εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκώμεθ'.* — Coll. ib. v. 135. *εἰ δέ κεν αὖτε Ἄστυ μέγα Πριάμοιο θεοὶ δώωσ' ἀλαπάξαι — Νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω*
Quo modo hic Agamemnon, quod Achilli, eo-

dem Odyss. *P*, 594 Penelope edicit, quod Vlissi nuntietur: *Αἴ κ' αὐτὸν γνώω νημερτέα πάντ' ἐνέποντα, Ἕσσω μιν χλαῖναν* – quod Eumaeus ei refert v. 556 *Εἰ δέ κέ σε γνοίη νημερτέα πάντ' ἐνέποντα, Ἕσσει σε χλαῖναν*, ut in nostro v. 283 Vlysses Achilli *εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαϊκὸν, οὖδαρ ἀρούρης, Γαμβρός κέν οἱ ἔοις*. De his infra erit locus dicendi.

Odyss. *B*, 76.

Εἴχ' ὑμεῖς γε φάγοιτε, τάχ' ἄν ποτε καὶ τίσις εἴη

Et hic *αἴ χ'* – *φάγητε* scribendum; sed Odyss. *H*, 315.

Οἶκον δέ τ' ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην,

Εἴ κ' ἐθέλων γε μένοις –

insuper *κέ* deest ad *δοίην*, quam Particulam pro *τ'* reponendam docet praeter ipsum locum etiam Vratisl. noster *σ*, *κ' ἐμόν* pro *ἐγώ* exhibens. Vt in his *αἴ κε* cum Coniunctivo reponendum, ita et Odyss. *T*. 589, *εἴ κ' ἐθέλοις* in *αἴ κ' ἐθέλῃς* mutandum erit, siquidem vera sunt, quae de differentia vocum *αἴ* et *εἰ* diximus. Suadet idem et usus; ex quo in huiusmodi locis, praesertim ante *ἐθέλω*, *αἴκε* ponitur, e. g. Odyss. *Λ*, 104, in eadem structura: *Ἀλλ' ἔτι μέν κε καὶ ὥς, κακά περ πάσχοντες, ἵκοισθε, Αἴ κ' ἐθέλῃς σὸν θυμὸν ἐρυκακέειν.* – Alio etiam vitio laborare aliquis credat Odyss. *M*, 345.

Εἰ δέ κεν εἰς Ἰθάκην ἀφικοίμεθα, πατρίδα γαῖαν,
Αἶψά κεν Ἠελίῳ Ὑπερίονι πίονα νηόν
Τεύξομεν, ἐν δέ κε θεῖμεν ἀγάλματα πολλὰ καὶ ἐσθλά.

Ἀφικοίμεθα in ἀφικώμεθα mutandum censet etiam Hermannus l. l. p. XVIII, sed quod simul loco insidet, Futurum cum κέν in Apodosi habet fortasse, quo offendat, unde dubites, an olim αἶψα οἱ lectum fuerit, quod ipsum cum αἶψά κε Odyss. XVI, 441, commutatum exhibet Codex Vindob. CXXXIII. – Copulatio pronominis οἱ cum Substantivo suo Ἠελίῳ (ihm, nämlich dem Helios) neminem offendet, qui simillimum pronominis μιν usum reputaverit. Sed defenditur simillimo loco Od. P, 539. – Num parcendum sit loco Odyss. P, 225, Τόν κ' εἴ μοι δοίης σταθμῶν ῥυτῆρα λιπέσθαι – καί κεν ὀρὸν πίνων μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο, an scribendum δώῃ, equidem non discernam. Non enim aliud exemplum huius usus, quo κέ ante εἰ ponitur, apud Homerum exstare credo.

Optativus, ante quem κέν in καί mutandum. Sunt et alii Optativi, quorum nonnulli ad id genus, de quo modo diximus, pertinent, quos cum ipsos mutare non liceat, propter analogiam statuas, male cum κέν copulatos et hanc voculam eâdem analogià duce in καί mutandam. Minime dubium hoc Odyss. O, 357.

Τηλέμαχ' εἰ γάρ κεν σὺ πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνοις

Τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ, ξενίων δέ οἱ οὐ ποθὴ ἔσαι.

Hic enim *εἰ γὰρ καὶ*, quod e varr. lectt. reponendum, vim suam, *quamvis enim*, retinet. Cf. Odyss. *H*, 52, 194. *Θ*, 139, 217 al. – Porro Il. *Z*, 49.

Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,

Εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν,

Il. *K*, 380.

Τῶν κ' ὔμμιν χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα

Εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπυθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν

In his Optativum non tangendum esse, ostendit Il. *Λ*, 134.

Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,

Εἰ νῶϊ ζωοὺς πεπύθοιτ' ἐνὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Sed conferat mihi aliquis Il. *Π*, 623.

θνητὸς δέ νυ καὶ σὺ τέτυξαι·

Εἰ καὶ ἐγώ σε βάλοιμι τυχὼν μέσον ὀξέϊ χαλκῷ

Αἶψά κε – εὖχος ἐμοὶ δοίης, ψυχὴν δ' Ἄϊδι κλυτοπώλῳ –.

Vix quin *Εἰ καὶ* scribat, dubitabit.

Similis reduntantia voculae *καί* Il. *B*, 367.

Γνώσεαι δ' εἰ καὶ θεσπεσίη πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις

et post ὄφρα Il. Δ, 244. Adde Il. Ξ, 78.

Ορμίσσομεν εἰσόκεν ἔλθῃ
Νὺξ ἀβρότη, ἣν καὶ τῇ ἀπόσχωνται πολέμοιο
Τρῶες –

Odyss. Z, 282.

βέλτερον, εἰ κ' (i. e. εἰ καὶ) αὐτή περ ἐποιχομένη πόσιν εὗρεν

quo loco uti non debuisset Hermannus l. l., ut εἴ κεν cum Aoristo occurrere doceret. Non mirum autem, diphthongum αι in καὶ elidi, cum idem in secundis personis – σαι saepissime fiat. Sed ducit nos hoc ad

Εἴ κεν cum Indicativo,

cuius vitiosi usus plurima exempla tolluntur, siquis fugitivum istud καὶ velut de limine revocet. Ad ipsum istum Odyss. locum, qui εἰ κ' habet, addetur puto Il. Ψ, 527.

Εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος ἀμφοτέροισιν
Τῷ κέν μιν παρέλασσε –

modo enclisis tollatur, εἰ δὲ κ'. – Accedunt Odyss. O, 524.

Ἀλλὰ τόγε Ζεὺς οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
Εἴ κέ σφι πρὸ γάμοιο τελευτήσει κακὸν ἦμαρ

ubi vulgatum καί praeferendum, quidquid obloquatur Ernestius. – Κέ est tantummodo apud Eust. Vindob. – Harlei. εἰ κε omissa enclisi habet

Odyss. Σ, 265.

Τῷ οὐκ οἶδ' εἴ κέν μ' ἀνέσει θεός, ἤ κεν ἁλώω

scr. εἰ καὶ καί μ'. — Odyss. Π, 260.

Καὶ φράσαι, εἴ κεν νῶϊν Ἀθήνη σὺν Διῒ πατρὶ
Ἀρκέσει, ἦέ τιν' ἄλλον ἀμύντορα μερμηρίξω

revoc. vulgata εἰ καί. Nos: *ob auch hinreichen wird* — oder *ob ich soll.* —
Iam Il. ρ, 558, Σοὶ μὲν δή, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ονειδος Εσσεται, εἴ κ' Ἀχιλῆος ἑταῖρον — κύνες ἑλκήσουσι, qui solus Ind. post εἴ κε superest, nemo dubitabit, quin ἑλκήσωσι, lectionem optimâ auctoritate nixam (Cf. Heynium ad h. l.) recipiat, praesertim si contulerit Il. Λ, 314.

Ἀλλ' ἄγε δεῦρο, πέπον, παρ' ἔμ' ἵσασο· δὴ γὰρ ἔλεγχος
Εσσεται, εἴ κεν νῆας ἕλῃ κορυθαίολος Εκτωρ.

Subiiciamus hic singulum Optativum, cui supra locum non invenimus Il. Ψ, 592.

Εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο
Μεῖζον ἐπαιτήσειας, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι
Βουλοίμην

Homerus neque εἰ καί κεν copulavit, neque κέν ab εἰ duabus vocibus interiectis removit. Non dubito, quin usu iam satis noto ἀπ' οἴκοθεν fuerit scriptum, ita ut praepositio ἀπ' in ἄν, idque in κέν abierit. Sed huiusmodi loca equidem potius cum

vitio relinquenda, quam corrigenda existimo, modo ne quis ea ad pravas constructiones tuendas excitet.

Sequitur

Ei sine particula conditionali cum Coniunctivo.

Eam structuram, cum non liceat ex Homero tollere, angustioribus terminis continendam docet analogia. Non sollicitem

Il. *E*, 258.

Τούτω δ' οὐ πάλιν αὖτις ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι
Ἄμφω ἀφ' ἡμείων, εἰ γοῦν ἕτερός γε φύγῃσιν

sed alienum videtur ab Homero γοῦν. Nam quod Il. *Π*, 30 legitur, id quidem μὴ ἔμεγ' οὖν οὗτός γε λάβοι χόλος legendum, quo ducunt Codd. Vrat. b. d. Mosc. b. qui ἐμέγ' habent. – Hinc in nostro l. εἴγ' οὖν legerem. Cf. Odyss. *E*, 206, ubi εἴγε μὲν est. Ceterum haec duo loca sola particulas εἴ γε iunctas habent.

Sed Il. *Ξ*, 165.

Ἧδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλὴ
Ἐλθεῖν εἰς Ἴδην – εἴ πως ἱμείραιτο – τῷ δ' ὕπνον
Χεύῃ ἐπὶ βλεφάροισιν.

Vnus Vindob. habet χεύει, unde patet, χεύει' esse scribendum, ut sit χεύειε ab ἔχευα. Eandem in hac forma Epsili elisionem habet Il. *Δ*, 178. αἴθ' οὕτως – τελέσει' Ἀγαμέμνων. – Odyss. *Δ*, 585. ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων. – Ibid. v. 590.

Ἰδὼν ὁππότ' ἰθύσει' ὁ γέρων, al. – Simillimus locus est Odyss. *E*, 470.

Εἰ δέ κεν – καταδραθῶ, εἴ με μεθείη
Ῥῖγος καὶ κάματος, γλυκερὸς δέ με ὕπνος ἐπέλθῃ
Δείδω –

Singularis loci constructio. Sed ad καταδραθῶ intelligas πειρώμενος, idque ἀπὸ κοινοῦ ut dicunt Grammatici, iam mecum statues, potius vulgatas μεθείῃ et ἐπέλθοι retineri, nec ἐπέλθῃ ex paucis codicibus, μεθείῃ sine auctoritate scribendo constructionem depravari debuisse. – Il. *O*, 16. οὐ μὰν οἶδ', εἰ ἄμμε – πρώτῃ ἐπαύρηαι scribendum esse εἴ κ' ἄμμε, supra iam diximus.

Odyss. *E*, 221.

Εἰ δ' αὖ τις ῥαίῃσι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Τλήσομαι

quem Hermannus de lectione non dubitans attulit l. l. p. XII. – Offerunt duo Vindobb. ῥαίσειε. Et sane εἰ δ' αὖ cum Optativo et alibi iunctum videas. Cf. si tanti est, Odyss. *Π*, 105. Εἰ δ' αὖ με πληθοῖ δαμασαίατο. *Σ*, 371. Εἰ δ' αὖ καὶ βόες εἶεν. – Ibid. v. 376. εἰ δ' αὖ καὶ πόλεμόν ποθεν ὁρμήσειε. Sed equidem Coni. non moveam, verum εἰ δ' ἄν τις ῥαίῃσι scribam. Nam post εἰ δ' αὖ cum Optat. semper in Apodosi est Opt. conditionalis, contra post εἰ δ' ἄν cum Coni. non item, sed, ut in eo, de quo agimus, loco, Futurum. – Il. *Γ*, 288. εἰ δ' ἄν ἐμοὶ τιμὴν – τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν – καὶ ἔπειτα μαχή-

σομαι. – Σ, 273. εἰ δ' ἂν ἐμοῖς ἐπέεσσι πιθώμεθα – Νύκτα μὲν εἰν ἀγορῇ σθένος ἕξομεν, quibus iam noster εἰ δ' ἄν τις ῥαίησι – τλήσομαι, ita respondet, ut, si quis etiamnum de eius lectione dubitaret, is mihi quidem, quid analogia valeret, minime nec perspexisse, nec perspicere posse videretur. – Alius generis sunt Il. Α, 340., Ε, 258. et reliqui omnes, quos excitavit Hermannus l. l.

Odyss. Μ, 96.

Αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ –
Δελφῖνάς τε κύνας τε καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι

Εἴ ποθι, ut notum, est εἴ που. Iam non hoc solum, sed ἤν που saepissime apud Homerum deprehendas, et in structuris quidem nostrae simillimis Il. Π, 38. Λαὸν ὄπασσον Μυρμιδόνων ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι – Odyss. Δ, 99. πευσάμενος – ἤν που ἀκούσῃς. – Β, 360, et Γ, 83. ἤν που ἀκούσῃ. – Ε, 417. ἤν που ἐφεύρω. Quidni igitur et ἤν ποθι scribamus? – Non ita. Nam apud Homerum legas semper εἴ ποθε, εἴ ποτε, nunquam ἤν ποθε, ἤνποτε. Hinc propter quamdam analogiam, quae inter εἴ ποθε, εἴ ποτε et εἴ ποθι intercedit, nec hunc Coniunctivum post simplex εἰ moveam. – Sed Odyss. Ξ, 373.

Οὐδὲ πόλινδε
Ἔρχομαι, εἰ μή πού τι περίφρων Πηνελόπεια
Ἐλθέμεν ὀτρύνῃσι –

quare non ad vulgatam structuram particularum particularum ἤνπου exigatur, non video –
Superest Odyss. Π, 98.

Η τι κασιγνήτοις ἐπιμέμψεται· οἷσί περ ἀνὴρ
Μαρναμένοισι πέποιθε, καὶ εἰ μέγα νεῖκος ὄρηται.

cuius loci lectio sollicitatur his: Il. Ε, 351.

Εἰ δὲ σύγ' ἐς πόλεμον πωλήσεαι, ἦ τέ σ' ὀΐω
Ῥιγήσειν πόλεμόν γε, καὶ εἴ χ' ἑτέρωθι πύθηαι.

Il. Λ, 391.

Ηκ' ἄλλως ὑπ' ἐμεῖο, καὶ εἴκ' ὀλίγον περ ἐπαύρῃ
Οξὺ βέλος πέλεται. –

Coll. Odyss. Φ, 260. Sed vulgatam tum demum in καὶ ἤν mutarem, sicubi καὶ ἤν occurreret; quod cum secus sit, et hic καὶ εἰ simplex cum Coni. remaneat.

Εἰ δ' ἄν et *ἤν.*

Εἰ ἄν nonnisi interiecto δ', εἰ δ' ἄν, praeter duo loca modo ad εἰ δ' ἄν collata, occurrit Il. Φ, 556. Quartum locum equidem non memini

Ην locis XXV, et in omnibus ex lege adhibitum occurrit. Il. Α, 90, 166. – Δ, 353. – Η, 39. – Θ, 482. – Ι, 359, 393, 429, 692. – Ξ, 78. Ο, 504. – Π, 39. – Υ, 172. – Χ, 55, 419. – Odyss. Α, 94, 282. – Β, 360. – Γ, 83. – Ε, 417. – Λ, 158. – Μ, 121, 288. – Π, 276. – Φ, 237, 383.

Sed in tanta structurae constantia mireris haesisse Odyss. *N*, 415.

Ὤιχετο πευσόμενος μετὰ σὸν κλέος, ἤν που ἔτ' εἴης.

Vbi, siquis constructioni tantum consuleret, is facili manu ἤν που in εἴ που mutaret. Sed primum εἴ που apud Homerum nonnisi cum Indic. iungitur. Nemo quidem offenderetur, si εἴ που cum Optativo vel centies occurreret; sed cum poëta ab hoc abstinuerit, servanda analogia, cuius in huiusmodi rebus maxima vis est — Accedit deinde, quod Odyss. *A*, 94.

Πέμψω δ' ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,
Νόστον πευσόμενον πατρὸς φίλου, ἤν που ἀκούσῃ

B, 360.

Εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,
Νόστον πευσόμενος πατρὸς φίλου, ἤν που ἀκούσω. —

quod haec, inquam, invitant, ut et in nostro post πευσόμενος Coniunctivum inferamus, εἴῃς pro εἴης scripto, qui licet hucusque ab Homero abfuerit, tamen in θείῃς, μιγείῃ simillimis certissimam habet analogiam. (Cf. nos in Grammat. §. 143. *B*, 4) — Nec debet offendere quod ᾤχετο Imperf. adest. Nam istud εἴῃ arctissime cum Futuro πευσόμενος cohaeret, et res ipsa tum,

cum haec dicuntur, nondum praeteriit. – Cf. Il. *I*, 690. Φοῖνιξ δ' αὖθ' ὁ γέρων κατελέξατο.– Ὄφρα οἱ ἐν νήεσσι φίλην ἐς πατρίδ' ἵκηται Αὔριον ἢν ἐθέλῃσι –

Supersunt

εἴπερ, εἴπερ κε, εἴπερ ἄν.

Horum constructiones cum reliquis post εἰ conspirare, nemini mirum videbitur. Nihil enim est in Particula πέρ, quod sententiae formam immutare possit. Sed in horum usu quam plurima turbata deprehendas.

Primum εἴπερ cum *Indicativo*, et *Praesentis* quidem est Il. *N*, 464. Νῦν δὲ μάλα χρὴ Γαμβρῷ ἀμυνέμεναι, εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει. Adde Il. *Δ*, 55. – *H*, 117. – *Θ*, 99. εἴπερ μοι καὶ μοῖρα omiss. ἐσί, – Coll. *Ω*, 667. = Odyss. *A*, 168. – *H*, 371. – *I*, 35.– *Cum Perf.*, Odyss. *Θ*, 408. ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται. – Sed offendor in Futuris Il. *Θ*, 154.

Εἴπερ γάρ σ' Ἕκτωρ γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φήσει,
Ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες.

Il. *K* 115.

Νεικέσω, εἴπερ μοι νεμεσήσεαι, οὐδ' ἐπικεύσω.

Sensus: quamvis aliquis de te dicat, vel dixerit, quamvis me obiurges vel obiurgaveris. Nemo dubitabit statuere νεμεσήσεαι esse pro νεμεσήσῃα. Hinc possit in priori loco φήῃ pro

φήσει scribendum videri; non tamen mutandum, sed vertendum: Quodsi te imbecillum Hector dicet, non sane Troes id credent. — *Optativum* Odyss. γ, 42; 49. *Coniunct.* Il. χ, 87. iunctum habet. Sequitur

Εἴπερ κε.

Hoc cum Coniunctivo legitur sequentibus in Apodosi ἀλλὰ σὺ Il. *Α*, 581, οὔ ῥά τε Il. *Μ*, 302 — *Optativus* vitiosa structura Il. *Β*, 123.

Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε
Ὅρκια πιστὰ ταμόντες ἀριθμηθήμεναι ἄμφω —
Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν,
Πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόοιο. —

Il. Θ, 205.

Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν, ὅσοι Δαναοῖσιν ἀρωγοί,
Τρῶας ἀπώσασθαι, καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆν,
Αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο καθήμενος οἶος ἐν Ἴδῃ

Odyss. *Β*, 246.

Εἴπερ γάρ κ' Ὀδυσεὺς — δαινυμένους —
Ἐξελάσαι μεγάροιο μενοινήσει ἐνὶ θυμῷ·
Οὔ κέν οἱ κεχάροιτο γυνή.

In his, ut Optativis in Apodosi consulatur, scribendum puto εἴπερ γάρ κε; non enim opus, ut post has particulas in Apodosi denuo τέ sequatur. — Iam respondet constructio Odyss. γ, 42. *Εἴπερ γάρ κτείναιμι — πῇ κεν ὑπεκπροφύγοιμι.* Coll. V. 49. Sed Il. *Ν*, 288.

Εἴπερ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος, ἠὲ τυπείης
Οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος —

Codd. duo καὶ offerunt, quod ne dubites recipere, ut p. 189 monuimus; cf. Il. Ο, 117. εἴπερ μοι καὶ μοῖρα, Διὸς πληγέντι κεραυνῷ Κεῖσθαι rel. — Odyss. Η, 371. εἴπερ, καὶ μάλα πολλὸν ἑκαστέρω ἔς Εὐβοίας. — Ι, 34. οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος — εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον ναίει — Sunt praeterea sex loca, in quibus εἴπερ γάρ τε cum Coniunctivo occurrat, et in Apodosi quidem sequentibus particulis ἀλλά τε Il. Α, 81. — Κ, 225. — Ἐκ τε Il. Δ, 160. — Δέ Il. Π, 263. — Sed de his equidem valde dubito. Ex iis enim, quae supra disputavimus, patet, εἰ nonnisi rarissime cum Coniunctivo ita iungi, ut lectio sollicitari non possit; quod si verum, idem ad εἴπερ valebit. Hàc autem re observatâ, critici est, hunc usum finibus suis continere, nec liberius exspatiantem ferre. Itaque scribam εἴπερ γάρ τε, ubi Optativus, qui sequitur, et quem non facile mutes, particulam κέ respuit; contra scribam εἴπερ γάρ κε, ubi Coniunctivo suus locus, ut in locis modo commemoratis. A codicibus nihil impedimenti timeas. Hi enim in plurimis locis in εἴπερ κε et εἴπερ τε aut Modos aut Particulas vitiose exhibent; interdum utrique voculae ex Mss. par auctoritas. — Nec sane video, quare in eodem poëta Il. Α, 582. Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλησιν — ἀλλὰ σὺ τόνγ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι et Il. Δ, 261.

εἴπερ γάρ τε (alii κε) δαιτρὸν πίνωσιν — σὸν δὲ πλεῖον δέπας; quare Il. *M*, 502. εἴπερ γάρ χ' εὕρησι — βώτορας ἄνδρας, οὔ ῥα ἀπείρητος μέμονε, et Il. *A*, 182. Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμος καταπέψῃ — Ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον et similia committamus, ad quae tollenda vel absque ullâ regulâ, scripturae sibi ipsi consentientis curà deberemus impelli.

Minus etiam ferendum est, quod εἴπερ τε sine γάρ reliquerunt. Etenim particula τέ cum εἰ causali nusquam copulatur, unde nec licet eam cum accedente πέρ isti voculae annectere, quocum nec ipso iuncta occurrit. Qui scit, quid valeat nexus particularum ap. Homerum, is, cum neque εἴ τε, neque πέρ τε iungantur, statim intelliget, nec εἴ πέρ τε iungi posse. Fraudem fecit Grammaticis, quod εἴπερ γάρ τε iuncta deprehenderent, nec viderent, in his voculam τέ ad γάρ (γάρ τε, quod usu tritum est) pertinere, cum εἴπερ autem nihil commune habere. — Hinc

Il. *K*, 225.

Μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ

Ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις

Il. *Λ*, 116.

Ἡ δ' εἴπερ τε τύχῃσι μάλα σχεδόν, οὐ δύναταί σφιν

Χραισμεῖν

Il. *M*, 223.

Εἴπερ τε πύλας καὶ τεῖχος Ἀχαιῶν
Ῥηξόμεθα σθένεϊ μεγάλῳ, εἴξωσι δ' Ἀχαιοὶ
Οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἐλευσόμεθ' —

Il. *X*, 191.

Τὸν δ' εἴπερ τε λάθῃσι καταπτήξας ὑπὸ θάμνῳ,
Ἀλλά τ' ἀνιχνεύων θέει ἔμπεδον.

Odyss. *A*. 187.

Ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι
Ἐξ ἀρχῆς, εἴπερ τε γέροντ' εἴρηαι ἐπελθών.

v. 203.

Οὔτοι ἔτι δηρόν γε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης
Ἔσσεται, οὐδ' εἴπερ τε σιδήρεα δέσματ' ἔχῃσιν

In his ubique κέ reponendum nequaquam dubium esse poterit. Extremus autem locus, tum ad eorum, quae ab οὐδ εἰ incipiunt, classem et analogiam supra indicatam accedit. Credas conspirasse Grammaticos, ut unice veram simplicis εἴπερ cum κέ copulationem ubique delerent, nisi ubi ob metrum deleri non posset, nempe

Odyss. *A*, 113.

Αὐτὸς δ' εἴπερ κεν ἀλύξῃς
Ὀψὲ κακῶς νεῖαι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους.

quod redit Odyss. *M*, 140, quamvis distractis voculis εἴ πέρ κεν, ut nuperrimo editori hic demum de lectione dubitatio orta videatur. Quid vero censes facturos librarios, si metrum εἴπερ τε hoc postremo quoque loco permisisset? Scilicet eti-

ain ex hoc ultimo refugio innoxiam voculam eiecissent, ne usquam veri vestigia apparerent, nostraque observatio analogiae adminiculo careret. Novum ei accedit ex eo, quod nullibi εἴπερ τε cum Indicativo iunctum occurrit, quod unde factum sit, vix explices, nisi statuas, quod fecimus, εἴπερ τε semper ex εἴπερ κε corruptum esse. Iam posset aliquis usum simplicis εἴπερ cum Coni. sollicitare, qui nunc quidem in duobus tantum locis superest. Il. φ, 576.

Εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃσιν,
Ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει.

Il. X, 86.

Σχέτλιος· εἴπερ γάρ σε κατακτάνῃ, οὔ σ' ἔτ' ἔγωγε
Κλαύσομαι ἐν λεχέεσσι

Sed quare constructionem in fines suos compulsam ἤνπερ scribendo prorsus tollamus; equidem causam non video, quamvis notatu dignum, ἤνπερ consensu exhiberi Odyss. Π, 277.

Ἤνπερ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι θύραζε
– – σὺ δ' εἰσορόων ἀνέχεσθαι.

Superest

Εἴπερ ἄν,

idque rarius, nec unquam interiecto γάρ, εἴπερ γὰρ ἄν, occurrit. Tribus locis est cum Coniunctivo Il. Γ, 25. – Ε, 225, 232; sed Il. Β, 598.

Στεῦτο γάρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταί Μοῦσαι ἀείδοιεν.

En hi tandem Optativum post εἴπερ ἄν, quem iure tueri possis. Scilicet commemoratur alterius sermo, isque non in re verâ, sed in tali versabatur, *quam mente tantum conceperat*; inde Optativus suo loco. Porro exhibetur iste, tamquam qui dixerit, se victorem fore, *vel hac conditione proposita*, ut sibi cum Musis decertandum sit; inde ἄν recte habetur, quippe quod sententiam *conditionalem* seu in conditione exponenda occupatam indicat. Patet inde, Optativum in huiusmodi constructionibus recte cum particulis conditionalibus iungi, *si alterius sermo referatur*, quo continetur, *quid eventurum ille dixerit tum*, *cum aliud quidquam accidederit* (er sagte, daſs er würde – wenn auch würden). Eius generis Optativi duo supra adfuerunt, quos intentatos reliquimus, ut huic postremo iam accederent; quamvis in his haud necessarios esse fortasse statuet, qui Il. *I*, 133 – 138 cum v. 277 – 280. contulerit, atque Hermannum audiverit, qui in Diss. de Praeceptt. quibb. Atticist. p. XVIII in altero illorum locorum Odyss. p. 558. Coniunctivum restituendum censet.

DISSERTATIO,

quâ leges de Vsu Modorum apud Homerum contra Hermanni Dissertationes defenduntur.

Praevideram fore, ut mea de Syntaxi graecae linguae doctrina adversarios non paucos nancisceretur, quippe quae a regulis usu diuturno receptis et veluti sancitis non raro recederet. Quamvis enim ea, quae de etymologiâ graeca et de institutione grammaticâ, satis aliena a placitis Grammaticorum, scripseram, communi fere consensu recipi usuque probari cognovissem, non eandem tamen hominum facilitatem fore praevidebam in iis admittendis, quae in structuris vocabulorum mihi novanda videbantur, cum praesertim ante omnia vetustis de homerica dictione erroribus obviam eundum, sordesque ei abstergendas intellexissem, quibus vetustas religionem addiderat. Etenim in legibus linguae explicandis perquam difficile est, invenire, quo consistas, ne ratione quidem atque viâ, qua incedendum sit, inter viros doctos exploratâ; difficilius etiam, alterum eo deducere, ut in re plerumque subtili et recondita, idem, quod tu, videat, nexusque causarum animo comprehendat. Accedit, quod hi, quos prae ceteris lectores atque iudices habere velis, plerumque animo aliis opinionibus praeoccupato ad cognoscendum veniunt, neque facile a suis ipsorum decretis usque eo sese revocant, ut aliena libere noscere et ponderare possint. Hoc me in adversario magno atque illustri expertum esse, infra, credo, patebit.

Cum enim, ut dixi, pugnam pro meis opinionibus praevi-

derem, prodiit ipse Grammaticorum nostrae aetatis princeps, GODOFREDVS HERMANNVS, duabusque dissertationibus magnam partem eorum, quae in his Actis de Vsu Modorum apud Homerum exposueram, evertere aggressus est. Sunt autem eius libelli hoc titulo: *De legibus quibusdam subtilioribus sermonis homerici, dissertatio prima* p. I – XXIII Lipsiae 1812. *Dissertatio secunda* p. I – XX. ibid. 1813. Alteram, belli tumultu in via retentam non ante diem 23. Maii accepi, quae causa est, quare nunc demum mense Iun. ad utramque a nobis respondeatur.

Arduum sane in re tam difficili et litigiosa dicere contra virum tanto ingenio rerumque usu, eumque praeceptorem, cuius sequi potius quam impugnare praecepta iuvet. Sed non is est Hermannus, qui liberum suorum iudicium excludat, nobisque, quia alea iacta est, videndum, quantum contra nitendo efficere possimus.

Ac primum quidem Hermannus cum in Diss. pr. p. IV. regulas, quas ego proposueram, non explicatas a me diceret, illud non reputavit, quod et a me dictum erat, et ipsa res declarabat, omnem meam disputationem niti his, quae alibi tradideram, neque me nunc primum eas regulas protulisse, sed repetiisse ex Grammaticâ meâ, in quâ ex doctrinâ de Modis derivatae suisque rationibus nixae continentur. Itaque in dissertatione ea tantum tradenda videbantur, quae rei accuratius explicandae et stabiliendae inservirent, in reliquis autem nitendum fundamento, quod in libro illo iactum erat. — Hoc igitur cum non animadverteret Hermannus, accidit, ut non tam meam de Modis doctrinam refutaret, quam suam meae opponeneret. Quae qualis sit, primum examinabitur. Ipsum vero caput eius in iis contineri apertum est, quae Diss. pr. p. IV de vi et natura Modorum exponuntur his verbis:

»Ac primum quidem tenendum est, constructiones, quibus tempora notantur, non aliis contineri regulis, quam illas constructiones, quae causis vel finibus significandis inserviunt. Id enim, ex quo constructionis ratio pendet,

commune habent, conditionem dico. Est autem omnis conditio talis, ut aut vere esse aliquid, vel non esse, aut posse esse dicatur. Hoc postremum rursus duplex est. Nam quae possunt esse, ea, si philosophorum more loqui licet, aut obiective possibilia sunt, aut subiective, i. e. ut ad communem captum verba accommodem, aut nos nescimus, utrum sint, nec ne, ideoque dubitanter loquimur, quum illa tamen revera vel sint, vel non sint; aut utrum sint, necne, non quaerimus, sed fingimus esse, etiamsi non sint, vel non esse, etsiamsi sint. His rationibus indicandis inventi sunt modi, indicativus, coniunctivus, optativus«. – In his si omnem Modorum naturam voluit complecti, dicendum erat etiam de iis, *quae fieri debent;* si omittere Imperativum, reputandum, praeter eas res, quae fieri aut possunt, aut non possunt, esse etiam alias, *quae necessario fiant*, nec debuisse necessitatis notionem omitti, ut ad solam *possibilitatem* omnia referrentur. Sed praeterea, quod manca, ut mihi quidem videtur, ista est Modorum definitio, in ipsâ quoque insunt, quae, quomodo vir praeclarus probaturus sit, equidem non video. Facile autem patet, *conditionis* et *rerum possibilium* notiones esse primarias, a quibus reliqua pendeant. Ac conditio quidem (Bedingung) cogitari non potest, nisi aliâ re additâ, cuius ea conditio dicatur. Ipsa enim versatur in nexu aliquo rerum duarum indicando, quarum altera conditionem continet, altera ei est obnoxia, et ita quidem, ut haec altera res eveniat, si conditioni illi satisfiat, non eveniat, si ei satisfactum non erit. Ex hoc patet, conditionis notionem inesse quidem Coniunctivo, quippe qui aliunde aliquid pendere indicet, sed ab Optativo atque Indicativo explicando eam prorsus debere removeri. Vterque enim Modus per se stat, nec ullius notionis aliunde petitae auxilio indiget. Potest hoc ex simplicissimis exemplis intelligi: γίγνεται τοῦτο et εἴθε γένοιτο τοῦτο per se clara sunt et absoluta; ἐὰν γένηται, ἵνα γένηται intelligi non possunt, nisi eâ re additâ, cuius conditionem indicari videmus

Ex his, puto, apertum est, in Modorum naturâ explicandâ conditionis notionem fundamenti loco nequaquam ponendam fuisse, cum haec ad unum tantummodo Modum pertineat. —

Similia possunt disputari de modo, quo Hermannus inter ea, quae obiective aut subiective possibilia sunt, distinxit ad naturam Modorum explorandam minus idoneo. Sed has tricas eo lubentius nunc quidem evitamus, quia ad eius rationem infringendam sufficere putamus, quae de conditionis notione diximus.

Non sum nescius, in eius dissertationibus multa de Modis vere observari atque ingeniose; quis enim aliud quid nostro tempore et a tali viro exspectet, post ea praesertim, quae de hâc re ipse iam alibi et Dissenius in praeclarâ dissertatione de Temporibus et Modis Verbi Graeci pag. 23 seq. scripsit. Quae vero Hermannus attulit ad stabiliendam suam de universa Modorum vi atque natura sententiam, et pro fundamento omnis quaestionis posuit, ea quidem, si quid video, ita comparata sunt, ut inde parum bonae frugis possis depromere.

Sed his ita expositis ad singula transiit, quorum ut expeditior fiat tractatio, prius in universum agendum nobis videtur de discrimine, quod inter omnem utriusque nostrum rationem intercedat.

Equidem in poëta tractando observare soleo, quae sit singulae cuiusque particulae et sententiae constructio. Collectis exemplis et inter se collatis video, quo vergat sermo homericus, et quaenam iunctura verborum, quis Modus dominetur. Repertâ constructione de causis eius indagandis cogitare incipio, ut appareat, quâ ratione cum ipsâ naturâ Modi et cum vi Particulae usus cohaereat, indeque originem habeat. Hucusque mihi cum Hermanno convenire video. Sed iam scinditur via et eligenda, quam sequaris. Scilicet nulla datur apud Homerum constructio, cuius non exempla contraria deprehendas, quae si intacta relinquas, tollitur ex Homero Grammatica. Vt enim in

eá civitate, in quâ impune quamvis legem violare possis, nullas omnino leges esse censendum est, ita nullus ordo, nulla Syntaxis in scriptore, qui ipse omnem usum atque morem, contraria inferendo, proturbet. Iam in his diiudicandis duas video placuisse rationes, quibus nostra tertio loco accedit. – Sunt enim, qui ingentem istam constructionum confusionem tolerandam censeant, utpote in sermone imperfecto, nec dum accuratis linguae atque rationis legibus subacto. Eam rationem Heynianam nominare possis, quia Heynio mirifice placuit, quam tamen si explosam atque antiquatam dixero, non vereor, ne nunc quidem periti dissentiant. – Ab hac satis alienus Hermannus. Quamvis enim et ipse sermonem Homeri liberiorem, nec dum aut artis quibusdam praeceptis formatum, aut, ut postea factum, usu huc vel illuc inclinante constrictum coarctatumque habeat (Diss. pr. p. III), tamen lubidinem atque licentiam ab Homero removet, et, quae diverse dicta sunt, diverso modo explicare aggressus est. Datâ igitur in eodem nexu sententiarum atque Particularum duplici constructione, crebro utramque recte se habere defendit, et poëtam, quod diversis modis cogitaverit, diversis etiam dixisse statuit. – Haec Hermanniana ratio, quam nunc quidem ex duabus illis dissertationibus accuratius licet cognoscere, ut multo est altera praestantior, ita et ipsa habet, quo laboret. – Nam Hermannus, ut Modos Verborum, in eâdem structurâ, post easdem Particulas diversos, defendere possit, Particulas *ἄν* et *κέν*, in quarum usu summa harum rerum vertitur, nihil ad Verbi Modum pertinere statuit, Diss. sec. p. XII, quod usque eo patere putat, ut quovis Modo sequente hae Particulae locum suum tueri possint, unde factum, ut, ne Il. *μ*. 41. quidem *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρευτῇσιν Κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται* (i. e. *στρέφηται*) de Coniunctivo cogitare, aut Od. *κ*. 410 *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἄγραυλοι πόριες περὶ βοῦς ἀγελαίας ἐλθούσας ἐς κόπρον, ἐπὴν βοτάνης κορέσωνται, πᾶσαι ἅμα σκαίρουσιν ἐναντίαι* orationem abruptam statuere ne-

cessarium existimet. – Puto, me hic apicem illarum disputationum tetigisse. Isto enim, quod Hermannus requirit, concesso, perinde est, qui Modi magno Particularum gregi, quae cum ἄν et κέν cohaerent, subiiciantur, dummodo cuique vim inesse deprehendas, quam ei propriam tribueris. – Videant iam Grammatici, mea res num hic agatur, an ipsius Grammaticae atque Analogiae, cuius vestigia legimus, quicunque ad hoc tempus constructionum naturam cognoscere et Particularum usum ad leges suas revocare voluimus. Nam si datur Hermanno, ἐπήν sive ἐπεὶ ἄν cum Optativo (Diss. pr. p. XVII) ὅτ' ἄν cum Indicativo, eoque et cognatas Particulas, ubi simili cum libertate adhibeantur, apud Homerum servari debere, non quod manca sit eius Grammatica, sed quod recte ita dicatur, non iam video, quo iure e libris Homero recentioribus eius generis structuras exagitemus. Quod enim ex Modorum atque linguae natura dici potest, id omni aetate dici et potuisse et debuisse apertum est. – Iam his duabus rationibus nostra ita est opposita, ut, cum talem sermonis homerici structuram nec excusari nec defendi posse iudicemus, corruptam statuamus, Modis Verborum et Particulis in plurimis locis non ita dispositis et copulatis, ut cuiusvis natura postulat. Hanc autem corruptionem non tantum librariorum culpâ, sed ex parte iam inter Graecos ortam contendimus, qui, cum recentior, qua uterentur, lingua, a vetustâ Epicorum formâ longissime recederet, minus quae eius indoles ferret, intelligerent. – Quodsi autem, ut puto, corrupta sunt, corrigenda erunt, quae Codicum, Scholiorum et Grammaticorum auxilio et ex usu linguae corrigi possunt; quae minus, cum indicio corruptelae relinquenda. – Iam ut nostram cum Hermanni rationem committamus, primum videndum, istud, quid sibi velit, quod Particulas nihil ad Verbi Modos pertinere statuit. – Scilicet Particulae ἄν, nam de ea inprimis videndum, suam vim esse, uterque nostrum cum omnibus Grammaticis statuimus; nec ambigi potest hoc, Modorum et Particulae sig-

nificationem inter se esse diversas. Quodsi enim eadem utrique vis inesset, alterutrâ sermo et constructio supersedere potuissent. – Iam si is est sententiarum ordo cogitationumque nexus, ut ad eos indicandos Particulâ et Modo certo oratio indigeat, videmus, utrumque simul adhiberi, et ita quidem, ut et Particula et Modus per se stet, et stare debeat. Firmus tum utrique locus, nec Modus a Particulâ separari potest, non quod ab eâ pendeat, sed quod nexus cogitationum utriusque vi indiget. – Iam facile intelligitur, datâ Particulâ non raro etiam Modum dari, quia admissa illa vi suâ indicat, ita esse comparatam sententiam, ut non omnis Modus sequi possit, sed ut certo quodam atque definito opus sit. – Quodsi igitur Hermannus, cui Particulam nihil ad Modum pertinere concessum est, inde concludit, Particulae quemvis Modum subiungi posse, errat sane, nec videt, posse sibi repugnare Particulae et Modi significationes, si ambo ad sensum definitum indicandum copulentur, quin factâ hâc copulatione sensum ei, quem requiras, prorsus contrarium posse existere. Inde patet, me cum Particulam a Modo separarem, longe aliter id fecisse, quam Hermannum, neque cum pag. 196 seq. et pag. 213 scriberem, immemorem fuisse eorum, quae pag. 186 dixeram, ut putat ille Diss. pr. p. XVII. – Sed haec exemplis sunt illustranda. Docui in Grammaticâ, nec dum vidi, qui meliora doceret, omnem Particulae ἄν vim versari in conditione indicandâ, eoque deprehendi partim in sententiis, quae conditionem alterius contineant, partim in his, quarum conditio in alterâ aliquâ contineatur. – Iam quae sententiae alterius conditionem continent, eae ab hac, si de re praesenti aut futura agunt, *necessario pendent*, unde sequitur, in his simul Coniunctivum requiri. Habemus igitur locum Particulae ἄν, item et Coniunctivo e. g. ὅτ' ἂν πόλιν ἕλῃς. Porro si sententiae alicuius conditio in alterâ continetur, quae res, ut dixi, et ipsa per ἄν indicatur, ipsa sententia non iam pendet ab altera illâ, sed eam a se pendentem habet, unde cla-

rum, in eâ non esse Coniunctivo locum, esse vero Optativo atque Indicativo

πόλιν ἂν εἶλες

πόλιν ἂν ἕλοις.

Nos: Du nahmst die Stadt, du nähmst die Stadt, wenn cet. Latinis etiam dicere licet urbem *ceperas*, ni; sed in ἂν ἕλοις necessario dicere debent, urbem *caperes*, quod nobis commodissime per verbum *würdest* effertur: Du würdest die Stadt nehmen cet.

Invento autem, quid ἂν cum singulis Modis valeat, simul inventum est, quid non valeat. Quodsi enim aliquis putaret, ἂν ἕλοις etiam ita intelligi posse, ut sententiae alius conditionem contineret, velut tum cum, ἐπεὶ ἂν ἕλοις legeretur, nihil is ageret. Nam ut cuique structurae firmus atque fixus est ordo, ita eidem etiam sensus unicus atque certus iunctus est. Manet igitur quocunque loco ἂν sive κέν cum Optativo aut Indicativo occurrat, in eo rem indicari, cuius conditio in alia contineatur, additâ eâ sententiâ conditionali, vel omissâ, quod quam saepe fiat, ostendimus in Grammaticâ. Iam videant lectores, quid faciendum sit his Il. ι, 304 Νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι. Τ, 206 τεύξεσθαι, seu potius τεύξασθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν τισαίμεθα λώβην, et reliquis omnibus, quae Hermannus Diss. pr. p. XVII contra me defendit. Ἕκτορα ἂν ἕλοις si est *Hectorem caperes*, (Du würdest den Hektor fangen), tunc sane Ἕκτωρ ἂν ἔλθοι, nihil aliud erit, quam *Hector veniret* (Hektor würde kommen), idque a nobis non pro arbitrio sumtum, sed in ipsâ structurâ fundatum esse patet. Iam igitur totus esset versus: Nunc Hectora caperes, cum prope ad te accederet: Nun würdest du den Hektor fangen, da er dir nahe kommen würde quod germ. dici non potest, nisi alius cuiusdam orationem repeti et ea dici fingamus, quae is tanquam futura pronunciaverit, de quo diximus supra p. 465 et ante nos Dissenius de Tempp. et Mod. Verbi grae-

ci p. 37. Ne quis autem putet, mutari rem propter Particulam *ἐπεὶ*, conferat sequentia:

Eurip. Cycl. v. 198.

Οὐ δῆτ' ἐπεί τ' ἂν μεγάλα γ' ἡ Τροία στένοι,
εἰ φευξόμεσθ' ἕν' ἄνδρα,

et, sententiâ conditionali in Participium contractâ, v. 221.

Σιληνός. Μή με καταπίῃς μόνον
Κύκλωψ. Ἥκιστ' ἐπεί τ' ἂν ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι
Πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων.

Eius generis exempla ubique apud Atticos deprehendas. Ne hoc quidem potest contra me dici, in his Particulam *ἐπεὶ* causam indicare. Hoc enim si datur, *ἐπεὶ* ante *ἂν* et Optativum causale esse; quis, quaeso, impediet, quominus eandem significationem ad locum illum Homeri transferamus? Nec ab Homero absunt eius generis exempla. Odyss. δ, 64.

Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὲ Διοτρεφέων βασιλήων
σκηπτούχων. ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν.

et cum Indicativo Il. ο, 226.

πολὺ κέρδιον ὅττι — ὑπόειξεν
Χεῖρας ἐμὰς ἐπεὶ οὔ κεν ἀνιδρωτί γ' ἐτελέσθη,

nempe *εἰ μὴ ὑπόειξε*. — Id si valet, ubi *ἂν* et Optativus aut *ἂν* et Indicativus in eadem structura post *ἐπεὶ* conveniunt, valebit etiam, si post *ὅτε*, *εὖτε*, *εἰ* id factum fuerit, et frustra laboravit Hermannus, qui per utramque dissertationem plurima eius generis tueri studuit. – Vbi propter sensum Modus mutari non potest, mutanda Particula, quod posterius exemplo illo – *Νῦν γάρ τ' Ἕκτορ' ἕλοις* non faciendum, sed Coniunctivo locum dandum, Hermanno Optativum tuente p. XVIII putavimus. Quidni enim, quod negat ille, asseveret Vlysses, venturum Hectorem, praesertim cum in sequentibus eius temeritatem atque audaciam tanquam causam commemoret, quare, eum venturum esse, exspectari possit. Omnino Herm. haec omnis ratio, Particulis et Analogiâ neglectis, solam Modi significationem sectandi, plerumque lubrica mihi videtur, cum vel minimé

sensus inversione factâ alteri Modo locum facere possis, velut si Il. ι, 206. ω, 226, quae Hermannus Diss. pr. pag. XVII affert, tanquam de re, quam eventuram confidant, loquentes cogitamus. Idem statuendum de Coniunctivo post ὅτε μὴ, quem, Codicibus et Analogiâ nixum, ob eam ipsam causam reprehendit, quod in nullo locorum illorum de re sermo sit, quae exspectari possit. Sed quare exspectari non possit, fore, ut Iupiter fulmen deiiciat, ut quis Deus senem in iuvenem transformet, quod ipsum saepius fit in Odysseâ, id quidem neque dicit, nec ego cogitando assequor. Maneat igitur Coniunctivus, quidquid contra Apollonii Rhodii auctoritatem proferat Hermannus, qui, ut negligenter me Apollonio usum esse ostenderet, locum, quem commemorare debuissem, mihi suggessit, quem tamen a me ipso cum aliis eius generis commemoratum viderat p. 206, ubi de eadem structura uberius exposui. – Si voluit reprehendere, quod non statim ab initio eo usus essem, id quidem reticere non debuisset; nec ego ob id reprehendendus, quod non plura ibi dixi, sed quod a consilio meo, omnes scriptores, qui post Homerum fuerunt, in Epimetrum coniiciendi, ne simplicitas quaestionis turbaretur, in Apollonio laudando recesseram. Ceterum video, Hermannum Diss. sec. p. XIII in re simillima ad Homerum tuendum Apollonii auctoritate uti. – Simili de causâ pugnandum video pro Coniunctivis, quos Il. γ, 54 et Od. ξ, 372 reposui, Hermanno Optativos probante Diss. pr. p. XVIII. Quare enim non statuamus Il. γ, 54 Paridi interitum nunciari? Non enim Helena est, »quae hortetur Paridem, ut cum Menelao pugnet, salvum rediturum sperans –«, ut, nescio quo errore, Hermannus dicit; res enim in mediâ pugnâ agitur, verum Hector iratus fratri imbecillo ignaviam exprobrat. Talia de multis aliis disserere licet, quae omittimus, quia haec sibi quisque facile ex ingenio potest fingere. – Ceterum in locis illis Coniunctivo, qui praecessit, Optativum excludi dixeram. Hoc

quale sit, Hermannus se nescire dicit. Videamus igitur alterum horum locorum. Od. ξ, 372. οὐδὲ πόλινδε

Ερχομαι, εἰ μή πού τι περίφρων Πηνελόπεια
ἐλθέμεν ὀτρύνησιν, ὅτ' ἀγγελίη ποθὲν ἔλθοι (vulgo ἔλθη). Certam conditionem ponit, sub qua in urbem se venire dicit. Οὐδ' – εἰ μή – ὀτρύνησι. – Hinc in eâ exponendâ pergere et dicere debet, se non quavis occasione, sed definitâ aliquâ evocari, nimirum *tum*, *cum venerit* (ἔλθη) nuncius. Quodsi hic a definito ad indefinitum, a re fixâ ad universalem transiret, orationis continuitatem solveret. – Exempla, quae praeterea affert Hermannus, huc non quadrant, quia a Particulâ εἰ incipiunt.

Iam quod ad ipsas sententias temporales adtinet, in eis hoc potissimum inter me atque Hermannum non convenit, quod hic falsam putat regulam a me propositam, quâ Indicativi post ὅτε a rebus praesentibus et futuris indicandis arcentur. Hanc ut impugnaret, primum non debuisset terminos disiicere, quibus sententias temporales circumscripseram, et intra quos regulam contra omnem impetum me tueri posse confido.

Scilicet Diss. pr. p. VI earum dicit numerum esse aliquanto maiorem, quam visum sit mihi, et Particulas ὄφρα, ἕως, εἰσόκε, πρὶν affert, quin haud raro etiam Pronomina ita dicit usurpari, ut apertius tectius temporis notationem contineant. – Equidem nec haec ignoravi, neque nunc scio, quare Hermannus, cui quam plurima amplectenda viderentur, non pronunciaverit, omnem sententiam, in qua de tempore sermo sit, esse temporalem, quo facto numerum earum aliquanto magis etiam auxisset. Nos vero in iis sententiis, quae a Relativo aut a Particulâ relativâ incipiunt, quarum multiplex est et natura et conditio (Cf. nos in Grammaticâ Synt. Sect. II c. 5. p. 311. seq.) hanc relationem potissimum respiciendam putamus, non quod earum, si temporis notationem continent, diversa sit a temporalibus constructio, sed quia inter tria ista sententiarum genera, ad quae omnes, quaecunque sint, referendas

locui, sententiae relativae unum atque definitum genus constituunt, quod multa continet, quae singulari tractatione indigent.

Sententiarum autem, quae ab ὅτε incipiunt, tres feci classes, quae, si non ex ordine enumerantur, exemplis tamen, quibus usus eram, contentae facile cognosci poterant, primam earum, in quibus ὅτε causam indicat, alienam a consilio nostro, secundam, qua continentur sententiae, in quibus non tempus indicatur, quo dicatur factum hoc, quod in sententiâ, a quâ pendent, commemoratur, verum quae tempus in eâ iam indicatum, sed nondum satis definitum, novis praedicatis additis accuratius describunt. Vt exemplis utamur, in versu

Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ

posterius *ὅτε – χαλεπήνῃ* indicat, *quando* debeat fieri, quod in priore *Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι* continetur. Contra si sententia incipit a *Νὺξ ἔσται, ἦμαρ ἔσσεται*, tempus iam indicatum video, sed non ita, ut iam nihil addendum sit; hinc novis praedicatis id plenius explicatur, *ὅτε δὴ στυγερὸς γάμος ἀντιβολήσει, ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.* Porro ut alio modo rem consideremus, sententiae *Νὺξ ἔσται, ἦμαρ ἔσσεται* in eo nexu non sunt plenae (es wird eine Nacht – ein Tag seyn). Integrae demum fiunt, si sequentes accesserint. Vtramque igitur sententiam tanquam unam eandemque debemus considerare, eamque ita comparatam, ut eius Praedicatum aliquod in integram sententiam abierit. Hanc vero quis non videat toto coelo diversam esse ab alterâ illâ, quam supra posuimus? Id si perspicuum, non video, quid impediat, quo minus sententiis relativis eas addamus, cum prorsus ad morem harum Subiectum Praedicatis aut primis instruant, aut novis augeant, aut denique omnino tempus iam indicatum accuratius definiant, cuius generis sunt, quae p. 206 commemoravi: *Νῦν δ' αἰτεῖς – ὅτε ἕρπει, Ὀρφναίῃ – ὅτε ἀμφελύκην καλέουσι.* – Quodsi autem relativarum more rei iam enunciatae novi adiungunt aliquid, Modum ha-

bebunt eum, per quem simpliciter aliquid esse aut fieri indicatur. Huc si quis trahere velit, in quibus p. 18 Coniunctivum requiri dixeram: *Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει — ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται, Ἦματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ*, me nunc quidem consentientem habebit, et gaudeo me in his Hermanno satisfacere posse, qui Dissert. sec. p. XV Indicativum in his aliâ de causâ, contra me defendit. Non enim dubium, quin hic sententia post *ὅτε* tempus iam indicatum novis tantummodo Praedicatis augeat. Idem valet de Il. *ν*, 334 et *ψ*, 598 *ὡς εἴ τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρσῃ, ληΐου ἀλδήσκοντος, ὅτε φρίσσουσιν ἄρουραι*. Patet enim hic per Genitivos temporales *ληΐου ἀλδ.* tempus iam indicatum esse, eoque *ὅτε φρίσσουσιν ἄρουραι* eodem modo, ut in reliquis, addi. Nec abnuam, si quis huc retulerit Odyss. *ω*, 87 *Ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησα Ἡρώων, ὅτε κέν ποτ' ἀποφθιμένου βασιλῆος Ζώννυνταί τε νέοι καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα*, quod tuetur Hermannus Diss. pr. p. VII. Nam in *τάφῳ in sepulturâ* (cum sepeliebantur) iam inest temporis notio, et hanc sepulturam accuratius sequens versus describit, indicans, quid tum faciant iuvenes. Sed tum necessario *ὅτε δή ποτ'* legendum, ut Indicativo versus patefiat. Huius generis igitur sententias, si relativis licet adiicere, non iam mirum debet videri, si iuxta Indicativum etiam Coniunctivo locum praebent, nam et in hoc sententias relativas sequuntur. Minime igitur facit contra me, quod Diss. pr. p. VI affertur *ἔσσεται ἦμαρ, ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή*. Non enim Coniunctivum ab eis removere, sed tantummodo Indicativo locum vindicare volui. Ceterum in hoc loco eius vim exprimas, vertendo: *dies erit, quo destinatum est fato, ut Troia intereat.*

Sed ut tandem ad tertium genus sententiarum ab *ὅτε* incipientium veniamus, hae, ut dixi, indicant, *QUANDO fiat, factum vel futurum sit*, quod in adiectâ sententiâ commemoratur. Has *vere* temporales dixi, quod formâ atque na-

turâ a reliquis recedunt, neque tempus tantummodo accuratius definiunt, sed nondum indicatum commemorant. Has igitur in rebus praesentibus atque futuris Coniunctivum habere non ambigitur, etiam de ratione, quare id fiat, inter nos convenire video. Illud quaeritur, num iuxta Coniunctivum et reliquis Modis locus sit, quod equidem negandum, defendendum duxit Hermannus. Si usum spectas, rem iam confectam videas. Nam locis, quae supra commemoravi, ad sententias relativas sevocatis, eoque discrimini exemtis, nullus in toto Homero iam superest, qui ita legi illi repugnet, ut coniecturâ opus sit, nisi unus solus, Il. ψ, 759, ubi iam ob eam causam, quia Adverbium Genitivo adesse debet, ἐστί in ἄγχι mutandum statui. Reliqui omnes ita comparati sunt, ut certissimum Coniunctivum e Manuscriptis aut brevem vocalem pro longâ habeant, aut denique brevis vocalis mutatione in longam legi submittantur. Nam Il. δ, 422, ϑ, 555 Imperfecta me statuisse nondum poenitet, cum neque Aristarcho, siquidem Wolfio fides (Praef. nov. ed. p. LXXVI), illud tempus in comparationibus displicuerit, neque Hermannus ipse Diss. sec. p. XI reiecerit. Ex his si quis φαίνεαι ϑ, 555 eximere et pro φαίνηται habere velit, non repugno. Sed Hermannus praeter haec Diss. pr. p. VIII quatuor loca contra me excitat, contra omnes machinas, ut dicit, munita, quibus ita confidit, ut sat se scire dicat, nunquam me istam regulam propositurum fuisse, nisi, casu nescio quo, me fugissent. Mirum autem, horum ne unum quidem mihi repugnare, quam causam puto, quare ad ea non attenderim. Odyss. σ, 217. offert νῦν δ' ὅτε, de quo supra iam dictum. – V. 408. Κατακείετε οἴκαδ' ἰόντες, ὁππότε ϑυμὸς ἄνωγε variam habet lectionem εἴποτε pro ὁππότε, quam qui recipiat, sensui et structurae consulet. – Il. ν, 817 Σοὶ δ' αὐτῷ φημὶ σχεδὸν ἔμμεναι, ὁππότε φεύγων Ἀρήσῃ Διῒ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν, Θάσσονας ἰρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππ-

οις. – Facile patet ellipticam esse orationem. Deest enim Subiectum seu res, quae prope esse dicatur; nec dubium, hoc esse ἦμαρ, quod Aiax animo commotior, atque ob id ipsum ad sequentia properans, omisit. Potuit autem eo facilius omittere, quod sequenti sententiae ipsum Subiectum, si sensum spectas, inest. Nos: Es ist dir nahe, wo du bitten wirst, oder: Der Tag ist dir nahe, wo etc. – Vnde patet, sententiam post ὅτε talem esse, quae tempus in praecedentibus non indicatum quidem, sed intellectum tamen, accuratius definiat, non vero, *quando* fiat, quod praecedit, indicet, quod sententiarum *vere* temporalium esse docuimus. – Odyss. ρ, 390 οὐκ ἀλέγω. εἷως μοι – ζώει, εἷως (so lange) sententiam ad relativas revocat. Huc quomodo pertineat Il. ρ, 727 ἕως *ellipticum* equidem exputare non possum, neque ellipticum dicet, qui Odyss. γ, 126 contulerit. –

Iam ne sola exemplorum inductione pugnemus, Coniunctivorum in Comparationibus quae sit natura, videamus. His ne solis locum tribuat Hermannus, ita agit, ut Indicativo inter alia notari dicat, *quod fieri soleat* Diss. sec. p. VII, ut in hoc: *Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδησιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν· ἥτε θάμα τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν.* –

»Quod dicit, χέει, id significat, fundere solet«. Ita ille. Equidem hic nihil video, nisi Praesens indefinitum. Dicitur, fundere lusciniam dulcem cantum, non addito *quando* fundat. Hoc igitur *solere*, si sensu vero intelligit, quo est *repetitis vocibus et temporibus aliquid facere*, aperte falsum est, neque recentiores si tale quid Praesenti ipsi inesset, ad id indicandum insuper addidissent ἐθέλει, φιλεῖ, ἐρᾷ (γενέσθαι) si sensu minus stricto atque vulgari, feramus. At vero istud solere, quodcunque demum sit, cessat simulatque ὡς ὅτε (wie wann) accedunt. Ex his enim Particulis ὡς indicat rem fieri, sicut alia fiat, ὅτε autem insuper additum, docet, istud *fieri*;

aliam rem, non ad quodvis tempus, sed ad certum aliquod temporis momentum pertinere. Qui notione vocis *quando*, *cum* in hoc nexu utitur, omne indefinitum praecludit, tempusque ipsum, quod intelligi vult, definit. Iam videat aliquis, hoc quid sit, quod Hermannus defendit, *ὡς δ' ὁπότε πλήθων πόταμος πεδίονδε κάτεισιν χειμάῤῥους, – ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ.* Ille enim fluvium requirit, perpetuo cursu fluentem, Particula talem, qui certo quodam tempore fluat, utque hoc minus dubium sit, adduntur verba *ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ.* – Tum enim, quum imbres eum auxerunt, facit, quod praeterea additur: *πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας Εκφέρεται.* Sic igitur poëta. At Hermannus me, qui cum Zenodoto Coniunctivum intulerim, nihil aliud effecisse ait, quam ut fluvium *instar leporis* simul et venire et evanescere videamus. Hunc leporem, si, ut lepores captaret, in disputationem immisit, vereor, ne frustra haec instituta sit venatio. Nam si fluvium celeriter adventantem per Coniunctivum feci, idem feci, quod poëta, qui Il. ε, 89 de eodem fluvio *Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν — Ελθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος.* *Simul evanescentem* non centum eius generis Coniunctivi exhibeant, nisi fortasse et in hoc *ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ* Il. λ, 154 ignem simul irruentem et evanescentem videre velis. Dixi hucusque, quare *Praesens indefinitum* in huiusmodi comparationibus locum non inveniat. Addendum, quare Coniunctivo locus. Nimirum res, quae in comparationem adhibetur, additis illis Particulis non simpliciter fieri dicitur, quod notat Indicativus, sed certo quodam Modo, nempe ita, ut similitudo inter ipsam atque rem comparatam animadvertatur. Non igitur per se constans, sed ad rem, quacum comparatur, relata et certae conditioni subiecta exhibetur, quod, ut notum, fit per Coniunctivum. Eadem res est, ubi simplex Particula *ὅτε* comparationibus

adhibetur. – Sed iam relinquamus hanc rationem, ut aliam ineamus, quae ad omnes sententias ab ὅτε incipientes pertinet, et non minus, quod volumus, evincit. – Ὅτε enim cum Indicativo, ne feramus, facit praeter naturam sententiae etiam usus Homeri, apud quem ὅτε cum Indicativo causale est, et *quia* significat.

Praeter loca, quae p. 7 posui et quae ab Hermanno Diss. pr. p. VII nequaquam sollicitata sunt, nisi quod Il. κ, 52 iure ad relativas sententias retulit, vide Il. ν, 128 *Ζεῦ πάτερ, οὐκ ἔτ' ἔγωγε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι Τιμήεις ἔσσομαι, ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσι Φαίηκες, τοί περ τοι ἐμῆς ἐξ εἰσὶ γενέθλης.* Non enim incertum est, quod dicit Neptunus, nec ponit, quando inter Deos contemtui futurus sit, sed dicit, se iam contemtui esse, quod apud istos a se ortos negligatur. Prius illud si voluisset, Coniunctivo τίωσι usus esset, quo facto sententia vere temporalis exstitisset. His ipsis, puto, apparebit, disterminari duplicem Particulae vim, duplicisque Modi post eam usum. Nam si ὅτε cum Indicativo Praes. causale est, non idem et temporale esse potest, nisi firmissimum linguae usum confundere volueris. Iam patet, quare Hymn. in Apoll. 4 *ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο Πάντες ἀφ' ἑδράων, ὅτε φαίδιμα τόξα τιταίνει* verterim *siquidem* (dieweil) arcum tendit, quod cum minus placeret, laudavi Hermanni versionem, *quum arcum tendit.* Hanc cum ex more Epicorum factam, eoque alteram non admittendam duxerim, videat vir praeclarus, num aliud quid Diss. I. p. VII. dixerit, quam quod ego et ipse dixeram. Sed Coniunctivo, quare tum opus putem, non iam est, quod moneam. Nemo autem Latinorum Modis ad Graecos illustrandos utatur. Illorum enim natura vel propterea, quod Coniunctivum atque Optativum fere perinde habent, tam est a graecis diversa, ut ex his, quae latine dicantur, graecum quid sit, nequaquam possit effici. –

Sed iam summâ rei absolutâ et, ut puto, defensâ, superest, ut Hermanni Dissertationes perlustremus, et quae hic

illio monenda restant, addamus. – P. VIII Odyss. *υ*, 192 recte Coniunctivum ob *ὁππότε* causale improbat. Vellem indicasset, quomodo locum legendum voluisset. Quantum colligo, probavit Indicativum Aoristi. – Structuras *εἴς οκε μοι ἀποδώσει*, Od. *ϑ*, 318 non iam tango, quia de eis in Diss. de sententiis relativis dicemus; illud interim addamus – illo loco, cuius in vitio acquiescit Herm. verum *ἀποδῷσιν* servatum a Schol. Ven. Il. *α*, 129. Sed quod *κέ* in huiusmodi formulis nostro *wohl*, *πού* autem voci *vielleicht* respondere dicit, non habet, quo nitatur. Modo ista Hermannivocabula in talem versum transferas: *Ζεῦ γάρ που τόγε οἶδε – εἴ κέ μιν ἀγγείλαιμι*, »Zeus weiss es *vielleicht*, ob *ich ihn wohl* ankündigen würde«. Anne potius *wohl* weiss es Zeus, *ob ich ihn* ank. w.? Scilicet rationes, quae inter Particulas et constructiones intercedunt, vimque singularum accurate licet cognoscere, sed lingua nostra raro voces suggerit, quibus accurate notentur. Ita in toto idiomate Germanorum frustra quaeras, quae Particulis *ἄν* et *κέ* respondeant, quamvis de usu et vi earum nulla iam esse possit dubitatio. – In eâdem paginâ Il. X, 41 *αἴϑε ϑεοῖσι φίλος τοσσόνδε γένοιτο, Ὅσσον ἐμοί· τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται Κείμενον· ἤ κέ μοι αἰνὸν ἀπὸ πραπίδων ἄχος ἔλϑοι*, Hermannus optimam lectionem *ἔδονται* eiicit, ut pravae Aristarchi lectioni *ἔδοιεν* locus fieret. – At scilicet hic, ut in re prorsus incerta, non est Indicativo locus. Ita ne? Quid vero, si cogitas Priamum, ut qui rem, quam fore exoptat, animi motu abreptus iam esse sibi fingat? Simili cum vi Agamemnon periurorum poenas et futuras et praeteritas ponit eodem versu Il. *δ*, 160. *Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν, Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ. σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν*. – *Κέν* autem illud hic quoque conditionale est, indicans, suppressam esse sententiam, ne sermo langueat: *Id ubi factum, comedunt eum canes.* Hanc vero vim, quae in subito transitu e voto in rem praesentem cernitur, prorsus extinquas, si oratio-

nem Optativo recepto ad tritam viam revoces. – Eodem fere modo Priamus, Troiae excidium fore praevidens. Il χ, 66 Αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν Ὠμησταὶ ἐρύουσιν etc. – Non absimile est, quod ipse Hermannus p. IX de Futuro affert. Locorum tamen, quibus utitur, nonnulla tantum ad hoc genus erant revocanda. Nam Il. ι, 167, ut equidem puto, vitiosam habet interpunctionem. Interp. τοὺς ἂν ἐγὼ ἐπιόψομαι, οἱ δὲ πιθέσθων, quos ego eligam, hi obediant, epico usu voculae δέ in apodosi. – Il. φ, 570. Odyss. π, 306 quo pertineant, non reperio. Il. φ, 587 vitiosum habet κέ. Nihil ibi de conditione. Simpliciter dicit Agenor, Troianos patriam fortiter tueri, unde ex Aristarcheis καί recipiendum. – Conditionem cum habeat Il. κ, 44, nunc quidem κέν σαώσει non moveam, quod, probante Hermanno, feceram p. 181. Adsit enim necesse est prudens consilium, priusquam servare id Graecos possit. Eadem ratio est Il. μ, 226, ubi Hermannus Coniunctivum praefert. Sed sordem appellasse Odyss. α, 316 ὅττι κε ἀνώγει non me piget. Quodsi enim rem simpliciter enunciare voluisset, a vocula κέ abstinuisset. Quae p. IX affert ad vitiosum ὁππότε κεν θείη contra Grammaticae et Analogiae praecepta defendendum prorsus aliena sunt, quippe in quibus neque ὁππότε neque κέν conspiciatur. Eadem structurae constantia lectionem codicis Vrat. ὁππότε ἰφείη Odyss. υ, 385 contra Hermanni notam p. X tuebitur. Eiusdem paginae initio non perspicio, quare interpretationem Od. δ, 632, quam tetigeram, improbaverit. Nam in omnibus, quae affert, locis, interrogatio a praecedente pendens inest, nec aliud ego in illo loco statueram. – P. XI Quod Coniunctivum dicit aut ad tempus futurum aut ad praesens referri, clarum atque notum, sed quod addit »non etiam, *simpliciter quidem*, ad praeteritum, quia praeteritis et futuris nulla est nisi per praesens communio«, – fateor me multa cogitando non assequutum esse, non, quod me lateat, Coniunctivum ad tempus *vere* praeteritum haud referri, sed

quia non perspicio, quomodo per Praesens aliqua esse possit Praeteritorum et Futurorum communio; tum, quomodo ea communio, quaecunque demum sit, efficere possit, ut non etiam, *simpliciter quidem*, ad praeteritum Coniunctivus referatur. – Quae cum ita sint, non habeo, quo me defendam, cum ad Odyss. *ο*, 409 loci rationem non prorsus me perspexisse dicit. – Sed Il. *ξ*, 521 ὦρσεν recte contra me seque ipsum defendit. Praeclarum enim usus homerici indagatorem non latuit, vocem τε post ὅτε ibi *praeter solitum* Optativum comitem habere; quae res Indicativum tuetur et sententiam post ὅτε ad illas revocat, quibus tempore iam indicato (ἀνδρῶν τρεσσάντων), accuratior eius descriptio per Indicativum additur. Sed de Troianorum fuga non poterit intelligi. Nam, ut Indicativus tum locum habere posset, deberemus singulam aliquam fugam cogitare, in qua Iupiter terrorem eis incussisset, quod non ita dixisset Homerus; si *repetitam* poneremus, Optativo illo carere non possemus. – Coniunctivum quod non plane spernendum putat, vehementer miror. Nam si dictum est pro ἐν τροπῇ μάχης, esse debet cum Indicativo, cuius est simplicia Praedicata, Verbo posito, in sententias integras mutare; sin perstat in Coniunctivo, non video, quomodo cum eo Imperfectum, quod praecessit, ἦν – ὅτε ὄρσῃ ferre possit, nisi si omnem Modorum doctrinam sinat infringi. – P. XII durissimi, si quid sentio, sunt Coniunctivi Odyss. *π*, 368 et Il. *ο*, 22, et si cum Hermanno simpliciter dicas, cogitata e praeterito tempore in praesens transferri, nihil efficis. Hoc enim quid aliud, quam Coniunctivos pro Optativis poni? Fortasse ita possunt explicari, ut statuas consilium adhuc durare. Etiam tum proci in animo habebant perdere Telemachum, nec Iupiter, nunc quidem iratus, lenius quid videtur facere velle, quam quod olim fecerat, si quis denuo eius voluntati obsistat. – Sed video nimium produci hanc scriptionem. Igitur ea modo tangam, quae ad rem nostram pertineant. –

Quae in eadem pagina obesrvat Hermannus de Modorum diversorum in eodem loco usu, haec egregia iudico, nec scripsissem, quod in hoc Fasc. p. 456 de χεύῃ legitur, si tum, cum dissertatio mea imprimeretur, Hermanni libellus in manibus meis iam fuisset. Ita valet in hoc, quod Hesiodus ait: ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλά διδάξεαι. —
P. XVI quod εἴῃ Coniunctivi formam frustra in Grammaticâ meâ quaesivit, mirum non est, nec meliore successu tirones eam in Homero, qualis hucusque erat, quaesivissent. Me tamen non alienum esse ab eâ admittendâ ostendunt, quae p. 460 scripsi, quamvis ἤῃ pro εἴῃ, inter quas formas Hermannus anceps haeret, mihi quidem nemo obtruserit. Non eram ignarus eorum, quae Aristarchus atque Etymologus Magn. ab Heynio iam laudati, censuissent, cum locum illum p. 11 scripsi; sed stabo in sententiâ, donec docebitur, quo iure Grammatici Verborum in - αω et - εω in his formis Analogiam miscuerint.
P. XX studet evertere, quod dicunt, Optativo frequentem repetitionem rei praeteritae significari, eumque errorem me non sequi, sed refutare debuisse dicit. Equidem non intelligo, hoc quomodo mihi imponi possit, ut refutem, quem errorem neque olim credidi, neque nunc credo. Sed exemplum, quo utitur, videamus. Ἔνθα πάρος κοιμᾶθ', ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι. — Voci κοιμᾶτο inest tempus praeteritum indefinitum cum diuturnitatis notione. Nihil igitur in hoc de repetitione, quin iuxta Imperfectum et Aoristus in hac structura adhibetur Il. Θ, 189

Τμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν,
Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,

Coll. Odyss. Θ, 69.

— πὰρ δ' ἐτίθει κάνεον, καλήν τε τράπεζαν,
πὰρ δὲ δέπας οἴνοιο, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,

idque, ut videre licet, sine Particulâ frequentativa, quamvis aliter statuerit Hermannus p. XX.
Crebro sane formis frequentativis poëta utitur, sed in regulis constituendis non quod ad plures, verum quod ad

omnes pertinet, spectandum. In his ipsis autem locis verbum frequentativum nihil ad sequentem Modum valere, inde quoque patet, quia vel absque eo idem adhibetur. – Sed Optativus ex Hermanni sententiâ nullo modo repetitionem potest indicare. – Nos vero statuimus, comprehensionem plurium actionum in mente factam, id est repetitionis seu vocis *quoties* notionem, si per Modum indicanda est, non alio, nisi Optativo indicari posse. Etenim talis comprehensio non in rerum naturâ nec usquam, nisi in mente existit; Optativo autem ea indicantur, quae tantum in mente et cogitatione versantia finguntur. – Nec usus obstat. Ipse enim Hermannus unum tantummodo locum affert, in quo actionis repetitio per Indicativum significatur, quamvis non in omnibus libris, ut minus de Modo vero restituendo dubitemus. Sed quaeritur, num etiam, si Praesens praecedat, Optativo illi locus sit, quo repetitionem actionis indicari diximus. Solet tum Coniunctivus adhiberi. *Αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθῃ ἕλῃσι τε κοῖτος ἅπαντας, Κεῖμαι ἐνὶ λέκτρῳ.* Hermannus in his vertendis vocabulo *quoties* uti licere sumit. At vero *quoties* adhibitum repetitionem actionis infert, quam, nisi particulâ ὁσσάκι uti volueris, Optativo indicandam esse, ex his, puto, apertum est, quae modo exposui. – Sed ad rem redeo. Obstare videbantur loca duo. Il. δ, 343; in hoc, ut regulae satisfieret, ἀκουάζεσθον pro Imperfecto habendum dixeram, nisi ἐφοπλίζοιμεν in ἐφοπλίζωμεν mutetur, idque etiamnum puto, quamvis Hermannus nullum, qui sequatur, me habiturum pronunciaverit. – Vaticiniis enim sine ratione prolatis non multum tribuo. – Od. ω, 343 eo, quo Hermannus fecit, modo explicitus, non obstat regulae, quae iam utpote ubique apud Homerum observata nostro auxilio ad se defendendam non indiget. Equidem ἔασι antiquum esse perfectum statueram, quod si formam spectas, habet Personas ἔα et ἦα, quarum Analogiâ defendatur, si significationem Aoristi, quae necessaria, ut ἐπιβρίσειαν ex more dicatur, et quam istae

formae ἔα et ἦα referunt, reputandum est, in Verbo substantivo formarum antiquissimas radices latere, et has ipsas ἔα, ἔας, al. cum linguae cultura augeretur, in Perfecti et Aoristi formationem fuisse diffusas, (Cf. nos p. 194 et Addend. p. 275) ut mirum non esset, si apud Homerum ipsarum significatio nondum discreta deprehenderetur. Denique si nexum loci respicis, is Praeteritum potius, quam Praesens requirit. Non igitur erat, quare Hermannus istud Perfectum a me propositum inauditum et paene incredibile iudicaret, et in Perfecti structura me maiori etiam in errore versari suspicaretur, cuius rationem, non sane reconditam, mihi nequaquam ignotam esse, Grammatica meâ, si defensore opus, ostendat. Sed in eâdem paginâ XXII me reprehendit, quod Apollonii illud ὄφρ' αὐτός με τέῃσι φίλῃς ταρχύσαιο χερσὶν corrigendum censui, quam ego reprehensionem subibo, simulatque mihi eius constructionis vel unum exemplum ex Homero, Hesiodo, Lyricis, Bucolicis aut ex ullo reliquorum scriptorum, qui Homeri dictionem sectantur, erit allatum; quod ubi factum non erit, ni autem me omnia fallunt, nunquam fiet, constructionem sententiarum finalium cum Indicativo ad solos Atticos ablegandam et apud reliquos, si non monstruosam, tamen inauditam atque abnormem in posterum quoque appellare licebit. Ceterum, quod non fugisse puto lectores, per has dissertationes in solo Homeri eorumque, qui sequuntur Homerum, usu investigando laboravi, Atticorum quid sit, nunc quidem curandum mihi non ratus, quia horum rationes, a reliquorum mirum quam diversas, singulari atque separatâ curâ indigere video. Quae in secunda Dissertatione continentur, ad ea, quatenus regulis nostris de usu Modorum obficiunt, in praecedentibus iam satis puto responsum. Minora commodius omittuntur. Vnum tamen lubet addere. Iliad. β, 149 ἠμύει ἀσταχύεσσιν lectionem Codicis Toconk ἤμυε probaveram p. 185, ubi, cum pigeret observare, ν ἐφελκυστικὸν addi debere,

id arripiens me *ἤμυν' ἀσαχύεσσιν* voluisse dicit p. XIX; num amice, ipse videat. Sed in eâdem Diss. p. XIII ab eo exagitantur, qui solis exemplis, quid Graecum sit, quid non, efficere se posse credant. Si solis exemplis, neque reputantes, proba an corrupta, temere an cum ratione dicta sint, digni sane quovis opprobrio; sin minus, habebunt, puto, quo se defendant. Nam quid cuique scriptori conveniat, id quidem solis exemplis, adhibitâ ratione et iudicio, efficiendum concedatur necesse est, nisi si quis omnia, quae dici possint, a quovis scriptore dicta, omnemque aetatum atque generum inter scriptores discrepantiam sublatam velit. Vt exemplo utamur, a quo ista disceptatio originem habuit, videmus ab Homero, si, quae tantum cogitata sunt, in comparationem inferantur, adhiberi *εἰ* cum Optativo, si aliunde pendentia *ὅτε* cum Coniunctivo. Hoc certo atque explorato, adsunt comparationes — unam numerat Hermannus, sed, qui plures velit, ei, varias lectiones perlustrandi, non deerunt; quot sint, nihil refert; adsunt igitur, in quas relictâ normâ istâ *ὅτε* cum Optativo inferatur, nulla, in quam vice versâ *εἰ* cum Coniunctivo. In illis, ut Analogia tuta atque explorata servetur, si rem ut cogitatam pronunciari velis, *εἰ* scribendum, sin minus, Optativum tollendum arbitror, ne is inter duplicem talis structurae usum haerens, utramque confundat et pervertat. — Hanc sive temeritatem, sive anxietatem aliquis dixerit, et olim in me recepi, et nunc recipio, nec, sat enim scio, solus ego inter Philologos in tractandâ veterum scriptorum dictione ita versandum existimo. —

II.

LECTIONVM

IN

P. OVIDII NASONIS HEROIDAS

SPECIMEN.

CONSCRIPSIT

F. XAV. WERFER,

MONACENSIS.

LECTIONVM
IN
P. OVIDII NASONIS HEROIDAS
SPECIMEN.



Constat inter omnes, quae fortuna tot et tam praestantia Romanorum aliquot poëtarum vetera exemplaria nobis reservavit, eâ inprimis *Ovidio* contigisse, ut nihil minus quam de criticorum praesidiorum vilitate vel certe penuriâ in illo poëta conquerendum videatur. Sed ea ipsa librorum in diversissima abeuntium redundantia cum saepissime iudicium de verâ falsâve lectione suspensum et ambiguum reddat, quis dubitet, quin criticam operam navaturo in restituendâ poematibus integritate plurimum negotii facessat, et retardet potius quam adiuvet? Quae cum ita sint, non mirum videri debet, si illa in tali opere copiarum affluentia accuratiorem scientiam, subtilius ingenii iudicium et maiorem studii assiduitatem requirit, quam earum in aliis summa tenuitas. Quo magis vereri me ingenue confitear, ne ipse

pro virium mearum exiguitate huic gravissimae provinciae susceptae impar, neu, quid humeri mei valeant, non satis sensisse videar. — Apparatum quidem in *P. Ovidii* poemata criticum, quem priscis temporibus, ut alios taceam, *Naugerii* et *Nic. Heinsii* diligentia congessit, posterioribus *Burmannus*, *Harlessius*, *Oberlinus*, *Wernsdorfius*, nostrâ aetate *Kuinoelius* adauxerunt, cum maxime *F. C. Matthiae* ex praestantissimo Cod. *Francofurtensi* adaucturus est, equidem iam Codd. *Monacensium* et *Ratisbonensium*, qui non pauci sunt et magnam partem vetusti, accuratissimâ collatione accumulavi, iisque adminiculis insuper Codd. *Zuiccaviensium* lectiones, quas eximiae *I. A. Goerenzii* praestantissimi viri liberalitati acceptas refero, addidi. Haec usque adhuc. Plura tempus mihi comparaturum confido. Iam cum in *P. Ovidii* Heroidibus si quid Codd. studiive mei auxilio lucratus sim, periclitari et exponere constituerim; nihil prius faciendum existimo, quam ut tanta et tam crebra librorum discrepantia, quae inprimis in illo opere lectoris animum advertat, explicetur atque ex causis probabilibus repetatur. Namque ex vulgari ratione v. c. librariorum libidine, socordia, negligentia, vereor ut satis demonstretur, quâ factum sit, ut *Sapphus* ad Phaonem epistola, regina ceterarum, non eundem in Codd quem in edd. locum obtineat, sed ut aut in calcem operis reiecta iaceat

aut – in libris quidem omnibus, quos mihi inspicere licuit – ab epistolis ceteris plane seiuncta inter alia occurrat, atque in recentioribus et recentissimis solis Codd. – mei XV et XVI seculi aetatem non excedunt – (Cf. *Heins.* ad h. Ep. Tom. I, p. *195.* ed. *Burmann.*) exstet: ut in Paridis ad Helenen epistolâ vv. a 88 usque ad 143. aut in uno tantum aut certe paucissimis libris reperiantur: denique ut in ultimâ ab v. 12 seqq. omnes paene in omnibus – tribus quatuorve exceptis – desiderentur. Quae res ut quodammodo explicetur, has epistolas ab *Ovidio bipartito* editas esse, vel potius *prius* editis *posterius* novarum aliquot additamentum accessisse statuo. Ac primum quidem locos duos, unde de eâ re, quae in *P. Ovidii* Heroidibus magni momenti est, dicere exordiamur, Amorr. II, 18, 19 seqq. et Art. Amat. III, 341 adscribamus:

Quod licet, aut *artes* teneri profitemur amoris.
Hei mihi! praeceptis urgeor ipse meis.
Aut quod *Penelopes* verbis reddatur *Vlixi*,
Scribimus, aut lacrimas, *Phylli* relicta, tuas:
Quod *Paris* et *Macareus* et quod male gratus *Iason*,
Hippolytique parens Hippolytusque legant:
Quodque tenens strictum *Dido* miserabilis ensem
Dicat, et Aeoliae *Lesbis* amica lyrae.

et:

Atque aliquis dicet, Nostri lege culta magistri
Carmina, quîs partes instruit ille duas.
Deve *tribus libris*, titulus quos signat amorum,
Elige, quod docili molliter ore legas.
Vel tibi composita cantetur *epistola* voce.
Ignotum hoc aliis ille novavit opus.

Vnde, monente iam *Massono* Vit. Ovid. p. 63 ed. *Burm.* colligere nobis licet, *Amorum* libros ab *Heroidibus*, *Heroidas* ab *arte amatoriâ* exceptas esse. Quemadmodum autem *Ovidio* ipso teste (cf. Epigramm. in Amorr. libros) illud opus, primo in quinque libellos digestum, deinde ad tres redactum, *bis* editum esse constat; sic etiam *bis* Heroidas ab illo evulgatas esse persuasissimum habeo, cum earum una eaque maior pars prius emissa, posterius ceteris aucta fuerit. Primum enim epistolarum, quae supersunt, numerum sua ipsarum natura in *binas classes* dividit, earum, quae a feminis nobilibus ad amatores, et earum, quae ab iuvenibus ad puellas scribuntur, atque ab eis ad illos rescribuntur. Quas partes enim in maiori illâ classe *A. Sabinus* susceperat (cf. Amorr. II, 18, 29 seqq.), eas in hâc minori iam ipse videtur egisse; ut etiam puellas iuvenibus *rescribentes* induceret. Prior autem quindecim, posterior sex epistolas numerat. – Deinde vel in *illâ* Epistolarum collectione certa quaedam, ni fallor, posterioris *additamenti* vestigia mihi vi-or explorasse: v. c. Ep XIV, 45 ed. *Mitscherl.*

Non ego falsa loquar: ter acutum sustulit ensem,
Ter male sublato recidit ense manus.
[Admovi iugulo; sine me tibi vera fateri;
Admovi iugulo tela paterna tuo.]
Sed timor et pietas crudelibus obstitit ausis,
Castaque mandatum dextra refugit opus.

Heinsium, qui illud distichon adulterinum putat, secutus est *Mitscherlichius*. At vero sic aut *utrumque* ultimum distichon pro spyrio haberi, aut, quod *Heinsius* voluit, *sed timor* ..... in *et timor* mutari necesse est. Quid, si:

Non ego falsa loquar: ter acutum sustulit ensem,
Ter male sublato recidit ense manus.
Purpureos laniata sinus, laniata capillos,
Exiguo dixi talia verba sono ....

prius scriptum putemus, posterius autem illud *unum* distichon a nostro, quo luxurianti ingenio est, sic in *duo* dilatatum esse:

Admovi iugulo; sine me tibi vera fateri;
Admovi iugulo tela paterna tuo.
Sed timor et pietas crudelibus obstitit ausis,
Castaque mandatum dextra refugit opus.

Quibus verss. eadem prorsus, quae uno disticho, sed fusius et ornatius efferuntur. Itaque nostra exemplaria omnia textum, quem vocant, duplicem et simpliciorem et auctiorem, h. l. videntur exhibere; quae res amanuenses non potuit non vehementer intricare, qui nimiam huius loci lu-

xuriem aut temere mutando alioque versu substituendo: *at rursus monitus iussuque coacta parentis*, pro *admovi iugulo* .... scilicet quasi pater aut satelles eius aliquis puellae adfuerit; aut etiam magis dilatando versiculisque, qui spurcam latinitatem redolent, inserendis:

Admovi iugulo, sine me tibi vera fateri,
Mente sequi dirâ iussa paterna volens, (!)
Tandem victa mei saeva formidine patris,
Audeo per iugulum tela movere tuum.
Sed timor et ....

infeliciter imminuere conati sunt. Aliter visum est *Lennepio*, qui p. 242 *P. Ov. Nas.* Heroid. ed. a se eleganter adornatae hanc tautologiam ex Hypermnestrae personâ veritatem habere dicit. At mihi quidem V. D. verbo illi *sine* nimiam vim videtur tribuisse. – Atque haud scio an, quod Ep. VII, 23

Vror, ut inducto ceratae sulfure taedae,
Vt pia fumosis addita tura focis.
Aeneas oculis semper vigilantis inhaeret;
Aenean animo noxque diesque refert,

versiculi medii a plerisque Codd. quos inter Gothani duo, Dresd. et alteruter meorum, absunt, altius repetendum sit, quam ex librariorum negligentiâ. Sic enim primum scriptum fuisse putem:

Vror, ut inducto ceratae sulfure taedae.
Aenean animo noxque diesque refert.

et versus:

ut pia fumosis addita tura focis.

Aeneas oculis semper vigilantis inhaeret, ab aliquot pervetustis membranis atque altero meorum recentiori – sed alieno loco post v. 32 et inverso ordine – illis insertos, a nostro *postea* adiectos esse. – Iam vero cum *Ovidius* illo, quem ex Amorum libris laudavi, loco epistolarum ex solâ priori classe mentionem iniecerit, neque hilum ex alterâ attulerit; equidem adduci me facile patior, non ut totam posteriorem Heroidum classem, vel certe ex eâ plures, quod *Aldus* fecit, *Ovidio* abiudicem, sed ut priorem illam *prius et scriptum et evulgatam* esse suspicer, qram alteram. De epistolarum autem prius editarum numero *Sapphicam*, quam suâ forma (est enim puellae ad amatorem *scribentis*) prioribus adiungit, eximo et posterioribus potius addo; id quod flagitat Codd manuscriptorum auctoritas, neque certe prohibet loci ex Amorum libris citati ratio. Nam quid sit, quod *plurimi* Codd. epistolam illam omittant, *multi* in calcem post Cydippes ep. reiectam, *paucissimi*, si *Heinsio* fides (ad Heroid. XV, in p. 195 ed. *Burmann.*) posteriori Heroidum classi praepositam, *aliquot* [1] separatim in-

1) In omnibus meis libris, Codd. *Monacc.* 466. 78. 504. et Cod. *Ratisb.* E. CIX, qui, cum ceteris chartaceus, XVI saeculo scriptus, *Tibulli* carmina, *Sapphicam* illam

ter aliena scriptam habeant, nullâ aliâ ratione, opinor, explanari poterit, nisi ut illam, quam maior ingenii maturitas et longius temporis spatium, vel si fabula vera est [2], graecum exem-

epistolam et *Ovidii* Amorum libros continet, Heroidum autem praeter illam nihil.

2) En memorabilem inscriptionem Cod. *Ratisb.* Ep. CIX. fol. 43 *Sappho vates greca lesbis ex mitylena civitate ad phaonem amatorem suum per Ovidium, ut arbitrantur nonnulli, traducta Incipit.* Sed quominus credam, totam hanc epistolam nihil aliud esse, nisi graecam elegiam ab Ovidio in latinum conversam, obstat verborum et sententiarum ratio atque color, quae prorsus sunt Ovidiani moris et ingenii. Compara enim modo vv. 9, 10. Vror, ut indomitis ignem exercentibus Euris *Fertilis accensis messibus ardet ager*, cum Her. VII, 23. Metam. VI, 455. Non secus *exarsit* conspectâ virgine Tereus, quam si quis *canis ignem* supponat *aristis* ..... (quem locum *Cellius* iuvenis amicissimus, benevole mihi indicavit) et Metam. I, 492. Vtque *leves stipulae demtis adolentur aristis*; Vt facibus sepes ardent, quas forte viator Vel nimis admovit, vel iam sub luce reliquit; Sic deus *in flammas* abiit...... Acumen Ovidianum conspicuum in vv. 11, 12. Arva Phaon celebrat diversa Typhoidos Aetnae: Me calor *Aetnaeo non minor igne* coquit. – Cf. v. 21. Est in te *facies*, sunt *apti lusibus anni*, cum Amorr. II, 3, 13. Est etiam *facies*, sunt *apti lusibus anni.* Iam vero vv. 35, 36. Candida si non sum; placuit *Cepheia* Perseo *Andromede*, patriae *fusca colore* suae, cum iis, quae de eâdem Art. Amat. II, 643. occurrunt: Nec *suus Andromedae color* est obiectus *ab illo*.... Item v. 43. cantabam; memini: *meminerunt omnia amantes*, cum Her. II, 7. Tempora si numeres, *bene quae numeramus amantes*, et V, 130. Vnde hoc compererim tam bene, quaeris? *amo.* V. 44. *Oscula cantanti* tu mihi

plum propositum tam egregiam effinxerit, priorum Heroidum ultimam – *Ovidius* enim ipse l. l.

---

rapta dabas, cum Amorr. II, 4, 26. *Oscula cautanti rapta dedisse* velim. Quem locum idem *Cellius* opportune mihi suppeditavit. – Vv. 59, 60. autem: An *gravis inceptum peragit fortuna tenorem*, Et manet *in cursu* semper *acerba suo?* sententiam ab *Ovidio* in his ipsis epistolis vel ad nauseam repetitam efferunt. Cf. enim III, 43. An miseros *tristis fortuna tenaciter* urguet? Nec venit inceptis mollior aura meis? IV, 53. Forsitan hunc generis *fato* reddamus amorem, Et Venus ex *totâ gente* tributa petit. VII, 111. Durat in extremum vitaeque novissima nostrae Prosequitur *fati* qui fuit ante *tenor.* VIII, 65. *Hoc generis fato*, quod nostrós *errat* in annos, Tantalides matres apta rapina sumus. Cui loco in voce *errat* depravato lectio Cod. *Monac. regnat* fortasse succurrat, collat. Metam. I, 77. quod *dominari in* cetera posset. Nisi malis pro *errat*, *horret.* Cf. enim Fast. I, 495. Nec fera tempestas toto tamen *horret* in anno, Vbi eâdem prorsus varietate duo meorum librorum *errat*, vulg. *erat.* Tum vero *fato*, *quod nostros horret* (i. q. saevit) *in annos*, egregiâ, ni sensus fallit, metaphorâ dicta videntur, vocabulo *horrere* a tempestate atque hieme (v. *Heins.* ad Fast. l. l.) ad mortalium fata (ap. *Virg. fata horrida*) translato. *Lennepius* autem cum *Heinsio durat*, vocem minus vividam, praetulit p. 205. De locutione *nostros in annos* cf. Heroid. XXI, 11. At melius Virgo favisset virginis *annis*, et *Burmann.* ad XIV, 110. Sed in viam redeamus. – Cf. porro Ep. IX, 151. Tu quoque *cognosces in me*, *Meleagre*, *sororem.* Vbi de eodem fati acerbissimi tenore Deianira queritur. XIV, 85. Scilicet ex illo *Iunonia permanet ira* .... Sed satis de hâc sententiâ *Ovidio* consuetissimâ. [V. 79. molle meum *levibus cor est violabile* telis, Cod. *Monac.* unus elegantiorem lectionem in margine suggerit: *sed al'* molle meum *teneris* cor est *penetrabile telis.* Legendum igitur

ex Amorr. si quid argumenti in poemate ex vocum *positione* petere nobis licet, *ultimo* loco eam

---

advocatâ Cod. *Francofurtensis* lectione *levibusque cor ....* (*cor* enim syllabam *brevem* habet): Molle meum *tenerisque cor* est *penetrabile* telis. *Amor* enim ipse et omnia, quae ad eum pertinent, *tenera* nominantur coll. Amorr. II, 18, 4. Art. Amat. I, 7. Fast. IV, 196. *tener* Amor. Ep. XV, 216. de Cupidine: Ipse dabit *tenera* vela legetque *manu*. *Violabile* autem apud *Ovidium* nusquam, nisi illo loco, occurrit; quo acceptior esse potest lectio, quae Cod. *Monac.* soli debetur, elegantissima, *penetrabile*, coll. Metam. XII, 166. quod iuveni corpus *nullo penetrabile telo ..* .., *Levibus* igitur quod recte illud *teneris* explicat, et *violabile* mera interpretamenta videntur vocabulorum *teneris* atque *penetrabile*. – V. 83. *Heinsii* coniectura *artisque magistra* lectori, opinor, unicuique tantopere persuadet, ut mirum sit, ei in contextu sedem a *Mitscherlichio* tam pertinaciter denegatam esse. Mox v. 89. summâ iniuria lectionem Burmannianam *conspicias....conspicis*, cui Cod. *Monac.* nova auctoritas accedit, idem ille videtur deseruisse. In hoc utroqe loco *Lennepium* p. 256. mecum consentire laetor. | – Cum vv. 97, 98. *Scribimus* et lacrimis oculi rorantur obortis. Adspice, quam sit in hoc *multa litura* loco, cf. Heroid. III, 3. Quascunque adspicies, lacrimae fecere *lituras*. XI, 1. Si qua tamen caecis errabunt scripta *lituris*. Ibid. 3. Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum, Et iacet in gremio charta soluta meo. Haec est Aeolidos fratri *scribentis imago*. VII, 183. Adspicias utinam, quae sit scribentis imago! *Scribimus* et gremio Troicus ensis adest. Perque genas *lacrimae* strictum *labuntur* in ensem .... | V. 103. ed. *Mitscherl.* nil de te mecum est, nisi tantum iniuria: nec te *Admonuit, quod tu pignus* amantis habes, item *Mitscherlichius* lectionem *Burmann.* improspero successu vulgatae posthabuit. Quod enim, quaeso, puellae amantis pignus Phaon Siciliam se-

allegat – non simul cum iis emissam, sed in posterum reservatam et alteri epp. collationi adiectam

cum tulit, quo eius admoneri debebat? – Leg. igitur: nec *tu*, *Admoneat* quod *te*, pigns amantis habes, i. e. nec *de te ego*, nisi iniuriam, nec *de me tu* iam habes quicquam pignoris, quod te absentem *mei admoneat*. *Lennepius* iterum *Burm.* lectione retinendâ melius *Ovidio* consuluit.] Vv. 123. Tu mihi cura, Phaon; te somnia nostra reducunt, Somnia *formoso candidiora die*. Illic te invenio, quamquam regionibus absis. Sed *non longa satis gaudia somnus habet*, primum apte conferri possunt cum Ep. XVI, 318. *Candidior medio nox erit illa die*. Deinde cum XIII, 107. Aucupor in lecto mendaces coelibe somnos. Dum careo veris, *gaudia falsa* iuvant, et XIX, 65. Me miserum! *brevis* est haec et non vera *voluptas*. Nam tu *cum somno semper abire* soles. – Vv. 133, 134. autem: *Vlteriora pudet narrare*: sed omnia fiunt. Et iuvat et *sine te non libet* esse mihi, cum Art. Amat. III, 769. *Vlteriora pudet docuisse*. Fast. V, 532. *Pudor est, ulteriora loqui*. Heroid. XIX, 63. Multaque *praeterea*, lingnae reticenda modestae, Quae fecisse iuvat, facta referre pudet. Ceterum illius distichi pentameter: et iuvat et *sine te non libet* esse mihi, quo nihil ieiunius cogitari potest, a *Burmanno* Cod. *Francofurt.* lectione *sicca* (pro *sine te*) in hunc modum praedare emendatur: et iuvat et *siccae* non *licet* esse mihi. *Licet* quidem etiam Cod. *Monac.* (licet al' libet) auctoritas confirmat. Rem si quis penitus perspicere gestiat, pudore invito explicuit *Burmannus*. Quem, ex certissimis Cod. vestigiis corrigentem *Lennepius* p. 256. audaciae insimulans, vulgatam contorte interpretatur. – V. 152 ...... et nullae *dulce queruntur aves*, cum Ep. XVIII, 82. al. Versum denique 209. Qui *mea verba ferunt*, vellem *tua vela referrent*, Ovidiani acuminis specimen, compone cum Ep. II, 25, 26. Demophoon, *ventis* et *verba* et *vela* dedis.

esse censeamus. Quam cum extremâ ratione a ceteris simul in lucem prolatis plane abhorrere

---

ti. Vela queror reditu, verba carere fide, et VII, 8. Atque idem *venti vela fidemque ferent.* Et v. 213. Solve ratem: Venus, orta mari, mare *praestat* amanti, (sic scrib. pro *praestet* ed. *Mitscherl.* secundum vulg. Verba enim non optantis atque precantis, sed *pro certo affirmantis* esse debent, quo Sappho animum ad iter tentandum puero faciat. Mecum facit *Lennepii* Heroidd. ed.) cum Heroid. XVI., 23. In mare nimirum ius habet *orta mari.* XIX, 159..... auso Venus ipsa favebit, Sternet et aequoreas, *aequore nata*, vias. – Quo minus igitur argumentum atque rem ab *Ovidio* ex Sapphus, cuius lasciviam et sibimet ipsi naturâ propriam laudat Art. Amat. III, 331. cf. Trist. II, 365. et carminum vim se sensisse confitetur Remed. Amor. 761. add. Herodt. II, 135. fin. *Χάραξος δὲ ὡς λυσάμενος Ροδῶπιν ἀπενόστησεν ἐς Μιτυλήνην, ἐν μέλεϊ Σαπφὼ πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν*, coll. Heroid. XV, inde a v. 63. sqq. – poematis petita esse negaverim, eo certius mihi est, sententiarum *singularum* rationem Ovidiani ingenii censendam esse. Nisi forte aliquis ita existimet, Ovidium aut ad graecam Sapphus epistolam, ut novi *Romanis* operis exemplum, ceteras accurate effinxisse, nonnullis ex illâ vel in alia poemata v. c. Amorr. libros et Art. Amat. ductis, aut Heroidas ad unam omnes, a poetâ nescio quo graeco (Alexandrino fortasse) compositas, in latinum convertisse; quod vere nobis alterius meorum librorum (Cod. *Victor.*) scholium vetus in Heroidum principio persuadere conatur: *Ovidius epistolas istas ab esodio poeta graece conscriptas in latinum novavit: unde in libro de arte loquendo* (leg. *amandi*) *de se dicit:* vel tibi compositâ cantetur epistola voce. Ignotum hoc aliis ille novavit opus. s. (i. e.) *Ovidius*.... (Art. Amat. III, 345.) quod quis cupide arripiat? quamquam omnino non negaverim, significationem verborum istorum *ignotum hoc*

intelligeretur; factum videtur, ut ea huius Heroidum additamenti aut principio (si quo in Cod. Sapphica ep. locum *suum* tenet) aut calci annexa, aut etiam *seorsum* edita et peculiari titulo [3] inscripta ad nostram aetatem pervenerit. Quo posito iam omnia, quae supra enucleanda proposuimus, clara fiunt. Posterior enim haec He-

---

aliis (utrum omnibus et Graecis et Romanis, an Romanis solis?) satis esse ambiguam: quae mihi quidem videntur nihil aliud indicare nisi: *ille (Ovidius) auctor est huius novi operis, quod adhuc aliis (poetis Romanis) ignotum erat. Opus* enim h. l. non tam *poema*, quam *genus poematis*, et *Massonum* Vit. *Ovid.* p. 64. Tom. IV, ed. *Burm.* in explicandâ huius loci sententiâ graviter lapsum esse unusquisque, puto, intelliget.

3) Neque tamen hunc *peculiarem* titulum in Codd. *Monacc.* quos ipse inspexi, inscriptionibus hodieque offendere mihi videor, quales sunt Cod. nro. 466. *Carmen saphicum Sapho Lesbias poetissa phaoni siculo amatori suo.* Cod. nro. 78. fol. 161 vers. *Saphos vatis egregie pelasgide Lesbie Mitiline epistola ad Phaonem siciliensem amatorem suum. lege omnino.* Quacum inscriptione plane congruit ea Cod. nro. 504. fol. 215. add. titul. Cod. *Ratisb.* quem supra citavimus. Haec omnes enim non dubium, quin ab librariis ipsis ex carminis versibus, ut assolet ista hominum natio, consarcinatae, et pro genuino titulo simpliciori substitutae sint. Quod vero Codd. *Monacc.* tituli *Ovidii* nomine prorsus carent, argumenti inscriptio v. c. *Sappho Phaoni* cet. eam auctoris, qui Sappho ita loquentem induxit, loco depellere potuit; cum monachorum stupor ridiculo errore in nomine *Sapphus* verum carminis auctorem reperisse videretur, neque ultra quid additum esset, curaret.

roidum classis separatim publicata cum, lectorum animis atque amanuensium manibus a prioribus iam praeoccupatis, ut fit, multo minorem celebritatem adipisceretur, mox temporis iniuriâ ita affici coepta est, ut posteriorum temporum librarii, qui pro suo more *utramque* epp. collectionem in *unum* corpus coniungere instituerent, plerumque illam iam *mutilatam* invenirent, raroque *integrum* eius exemplar offenderent. Vnde nostrorum et vetustiorum et recentiorum Codd. familia ducta videtur. Interierunt autem non modo centum et quatuor versiculi ex mediâ Paridis ad Helenen epistolâ, quibus ad carminis integritatem vix carere possumus, verum etiam finis, maximâ parte *Cydippes* epistolae totâque, quae eam exceperat, *Sapphicâ* abruptâ, miserrime mutilatus est. Talem textum, ut vocant, plerique et vulgares Codd. quos inter nominatim *Mon. Vict.* Erfurdt. Dresd. Gothani, exhibent; pauci in fine integrum; paucissimi (fortasse unus tantum coll. *Heins.* ad Her. XVI, 39. p. 229. Tom. I.) centum illos et quatuor versus propitiâ fortunâ nobis reservaverunt, haud dubie unius alteriusve Codicis vetustissimi, qui, ex *integro* exemplo descriptus sed paene iam deperditus, ubiubi adhuc delituit, apographa *recentiora**. Nolim enim cum iis facere, qui istos

---

* Hinc in primâ editione scriptum legimus: *Cydippe Acontio; Heroidum Ovidii ultima, recens reperta.*

Paridis epistolae verss. supposititios esse dictitant. Nolim igitur stare a *Micyllo* aliisque, si qui eius asseclae sunt, qui illorum luxuriem ac loquacitatem et minus aptam cum praecedd. iuncturam versiculosque inelegantiores vituperant. Primum enim tantum abest, ut luxuries ista atque loquacitas adulterationis eos arguant, ut ea ipsa huius carminis partis vitia *Ovidium* eius auctorem esse vel maxime convincant. Cf. si exempla requiras Heroid. XIV, 89. seqq. XVIII, 53. seqq. XX, 143. seqq. quo ultimo loco inprimis videre licet, quam vera sit Scauri illius vox: »non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere«. Deinde non modo apte, sed aptissime versiculos primos 39. 40.

Nec tamen est mirum, si sicut *oportuit* [4] arcu
Missilibus telis eminus ictus amo.

---

4) Sic legendum esse recte monuit *Micyllus*, a quo advocari poterat Heroid. VI, 141. Dic age, si ventis, *ut oportuit*, actus iniquis Intrasses portus, tuque comesque, meos. *Oportuit* enim i. q. *oportuisset.* Iam sensus: *sicut oportuit te amare, etiamsi fatis non ita placuisset.* Sed quo magis huic loci sententiae verba singula respondeant, duriusculam illam interpretationem audaciori coniecturâ in hunc modum emolliverim: *sicut oportuit ultro*, pro *arcu*, quod quomodo cum ceteris: *missilibus telis eminus ictus*, coniungendum sit, neque ego video, neque alii doctiores viderunt; nisi forte *Micyllus*, qui *missilibus arcu telis* connectit; quod nemo probet. Vocabulo vero *ultro*, quod nos convertimus: *ohne Veranlassung, von selbst*, nihil ad illum locum exoptatius sententiâ, quam explicavi,

cum praecedentibus:

Te peto, quam lecto pepigit Venus aurea nostro.
Te prius optavi, quam mihi nota fores.
Ante tuos animo vidi, quam lumine vultus.
Prima fuit vultus nuntia fama tui.

cohaerere, locum accuratius inspicienti liquet, ut *Scaligeri* audaciam, quem duo prima disticha eiici velle *Dan. Heinsius* testatur, iure mireris. Tum

---

nihil ad Helenae lepide adulandum accommodatius, foret. – E contrario Heroid. VII, 177. ed. *Mitscherl.* Pro meritis, et si qua tibi debebimus *ultro*, pro spe coniugii tempora parva peto, *ultro* expungendum, et plurimorum Codd. inter quos *Monac. Vict.* Erfurdt. Dresd. Gothani, lectionem *ultra* (i. e. si qua *tibi ultra mea beneficia* debebimus) revocandam esse censeo coll. Metam. X, 344. si nil conceditur *ultra.* – Mox in eâdem illâ carminis parte inter vv. 50 et 51. quos nulla omnino iunctura connectit, versiculos aliquot intercidisse verisimillimum est, qui quomodo Paris a parentibus expositus atque a pastoribus susceptus et educatus fuerit, declararent: quod idem postea cognovi magnum illum *Scaligerum* sensisse. *Heinsius* autem vv. 51 et 52. post nonagesimum collocandos censet; quâ transpositione tamen apparet, nullo pacto lacunam illam resarciri. V. 76. non omnes *caussam* vincere posse *suam*, miror Mitscherlichum *Ovidio* nostro tam male consuluisse, ut aperto isto vitio *caussam suam*, quod *Heinsius*, ut par erat, iam pridem *Burmanno* assentiente sustulit, locum etiamnum inquinari passus sit. Leg. enim *caussâ* ... *suâ.* Vt iam *Lennepii* V. D. de iisdem locis iudicia adiungamus, primum hoc modo legendum et distinguendum putat p. 260. *Si sicut* Amoris ab arcu *Missilibus telis, eminus ictus, amo;* secundo nobiscum *ultra* tuetur; tertium integrum esse iudicat; quartum denique cum *Mischerlichio* vitio turpatum sinit.

ut tertiam, quae restat, criminationem diluamus, sufficiant quatuor vel quinque exempla, quae continuo laudabo: vv. 49. 50.

Arsuram Paridis vates canit Ilion igni.
Pectoris, ut nunc est, *fax fuit illa mei.*

et vv. 123. 124.

Vera fuit vates, *dictos invenimus ignes:*
Et ferus in molli pectore flagrat amor.

Versus sane Ovidii acumine dignissimi! Vv. 113, 114.

Quâ tamen ipse vehor, comitata *Cupidine parvo*
Sponsor coniugii stat dea picta sui.

non inepte componi possunt cum Heroid. XV, 215.

Ipse gubernabit *residens in puppe Cupido:*
Ipse dabit tenerâ vela legetque manu.

Atque vv. 119 seqq.

Et soror *effusis*, ut erat, *Cassandra capillis*,
Cum vellent nostrae iam dare vela rates,
Quo ruis? exclamat: referes incendia tecum.
Quanta per has, nescis, flamma petatur aquas.

cum Ep. V, 113.

Haec [5] tua, nam recolo, quondam *germana* canebat,
Sic mihi *diffusis* vaticinata *comis:*
Quid facis, Oenone? . . . .

---

5) Sic ex Cod. *Vict.* qui est alter meorum, rescripsi; quamquam Heroid. XVI, 277. *Hoc* mihi, nam repeto, fore ut a caeleste sagittâ Figar, erat verax vaticinata soror.

Vv. autem 99. 100.

Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
Lumina cum placido victa sopore iacent.

cum Heroid. VII, 25, 26.

Aeneas *oculis* semper vigilantis inhaeret,
Aenean *animo noxque diesque* refert.

et praecipue cum loco, quem *Lennepius* p. 264. ex Antholog. Lat. ad *Ovidium* manifesto adumbratum, citat.

Postremo v. 60. *Vera loquar*, veri vix habitura fidem, cum Ep. XIV, 45. XVIII, 66. XXI, 29 al. — Denique vel perspicuitatis causa digressio illa non modo tolerabilis sed pernecessaria videtur, si quis reputaverit, eâ omissâ Paridem ut p u-res verss. v. c. 20. 35. 163. 164. 165. 166 Helenae, quam ipse fatorum suorum nesciam esse putat (coll. v. 17, 18. „Namque ego divino monitu, *ne nescia pecces*, Advehor, et coepto non leve numen adest"), — Helenae enim, non Romanis lectoribus Paridem scribere noster facit — satis perspicui forent, vereri debuisse. Male enim compensantur versus illi centum et quatuor, paene in omnibus libris praetermissi, disticho exili, quod post v. 166. aliquot Codd. v. c. mei, Erfurdt. Dresd. suppeditant,

Cum Venus et Iuno Pallasque *in vallibus Idae*
Corpora iudicio *supposuere* meo.

Cui Cod. *Vict.* cum *Gothano* secundo liberaliori

Plura enim sunt, quae illo loco Heroid. V Cassandra vaticinabatur, quam pro singulari numero *hoc*.

manu aliud adiecit:

Primaque *cum regnum* iuno *daret altera sortem*
Tindaridos coniunx tertia dixit eris.

Quae disticha unde a temerariis amanuensium manibus consarcinatae sint, non ita difficile est explorare, scilicet ex Heroid. XVII, 115:

At Venus hoc pacta est, et *in* altae *vallibus Idae*
Tres tibi se nudas exhibuere deae:
Vnaque cum regnum, belli daret altera laudem,
Tyndaridos coniux, tertia dixit, eris.
Credere vix equidem caelestia corpora possum
Arbitrio formam *supposuisse tuo.*

Sed quid multa? cum ad digressionem ipsam Heroid. XVII, vv. 115 seqq. et vv. 237 seqq. clare spectent:

At Venus hoc pacta est: et in altae vallibus Idae
Tres tibi se nudas exhibuere Deae:
Vnaque cum regnum, belli daret altera laudem;
Tyndaridos coniux, tertia dixit, eris.
Credere vix equidem caelestia corpora possum
Arbitrio formam supposuisse tuo.....
Nec tu succense, nimium mihi creditus aegre...

et:

Fax quoque me terret, quam se peperisse cruentam
Ante diem partus est tua visa parens.
Et vatum timeo monitus, quos *igne Pelasgo*
Ilion arsuram praemonuisse ferunt.

Vtque favet Cytherea tibi, quia vicit habetque
Parta per *arbitrium bina tropaea tuum*,
Sic illas vereor, quae si tua gloria vera est,
Iudice te caussam non tenuere duae, —

Postremo legisse iuvabit *Lennepium* p. 260, qui prorsus mecum facit. —

Nolim etiam, ut redeam, unde deflexi, ab eorum partibus stare, qui aut totam Heroidum classem posteriorem, ut *Scaliger* in Cod. suo (v. *Dan. Heins.* ad Heroid. init.) aut epp. a puellis rescriptas, ut *Aldus* (Tom. IV, p. 129. ed. *Burm.*) aut duas ultimas ut *Acontii* et *Cydippes*, ut *Burmannus* (ad Tom. I, p. 290.) aut certe *Cydippes* epistolam *Ouidio* abrogant. Nam quod *Aldus* l. l. (add. *Moser* in censurâ Lennepianae Heroid. ed. *Heidelberg.* Annal. II Iahrg. II B. 14 Heft. p. 324.) *Ouidium* in Heroidibus nullas *responsorias* epistolas scripsisse dicit, vereor, ne eadem ratiocinatio nostro etiam Paridis, Leandri et Acontii epistolas detrahat; cum in prioribus *nullos iuvenes* ad puellas scribere ille fecerit. At vero esto sane, *A. Sabinum* illas epp. a puellis ad amatores *rescriptas* composuisse; quasnam *feminarum* quarum ingenia *Ouidius* unus omnium optime depingere scivit, comperimus a *Sabino* conscriptas? siquidem uno testimonio Amorr. II, 18, 29 seqq. confidimus. Quamquam non dissimulaverim, in Cod. Palat. (Tom. I, p. 242.) diserte *Helenae* epistolam *Sabino* poëtae attribui. At ceterorum libro-

rum auctoritas et epistolae ipsius natura atque indoles, quae germanam *Ovidii* dictionem atque ingenii levitatem ostendit; secus suadent. Cf. enim modo vv. 59. 60.

: . . . . : . sed qui tibi gloria magna est,
Quintus, is a nostro nomine primus erit.

cum Heroid. VIII, 48. Si melius numeres, *a Iove quintus eris.* V. 94.

, potestque
Velle *sub amplexus ire* puella *tuos.*

cum Metam. VII, 616. Fast. VI, 554. Add. Metam. X, 622. — Vv. 139. 140.

Quid bibulum *curvo proscindere litus aratro*,
Spemque sequi conor, quam locus ipse neget?

cum Heroid. V, 115. 116.

Quid facis, Oenone? quid *arenae semina mandas?*
Non profecturis *litora* bubus *aras?*

Vers. 220.

Terra, precor, *vultus obruat ante meos.*

cum Heroid. III, 63. *Devorer ante*, precor, *subito telluris hiatu.* Add. VI, 144. Hom. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών! Denique vv. 253. 254.

Apta magis Veneri, quam *sunt* sua corpora Marti.
Bella gerant fortes: tu, Pari, semper ama.

cum loco gemino Heroid. XIII, 83.

Fortius ille potest multo, *quam pugnat, amare.*
Bella gerant alii; Protesilaos amet.

Sic hic locus, qui adhuc foedissime depravatus circumfertur, ex Cod. *Puteaneo*; cui alteruter meorum (Cod. *Monac. quam pugnet amare*) proxime accedit, legendus. Vnde facile intelligas, in illo pro *sint*, vulg. et Cod. *Dresd.* lectionem *sunt* restituendam esse. *Lennepius*, quem iam consulere mihi licet, et de his p. 236. et de vero huius Ep. auctore p. 269. idem omnino sentit. — Iam vero quo iure *Leandri* ad Hero epistolam *Barthius* (Tom. I, p. 261.) *Ovidio* adscribendam esse neget, videamus. Praeter enim *Lutatii* ad *Statium* testimonium, quod affert *Burmannus* l. l. cf. vv. 31. 32.

Lumina quin etiam summâ vigilantia turre
Aut videt aut acies nostra videre putat.

cum Ep. X, 31. 32. *Aut vidi, aut etiam cum me vidisse putarem* ...... V. 82. nescio quid visae sunt mihi *dulce queri*, cum Amorr. III, 1, 4. Et latere ex omni *dulce queruntur* aves. Fast. IV, 166. tactae rore *querentur* aves. — V. 166. Vt *celer Eleo carcere missus equus*, cum Trist. V, 12. 26. inter *Carceribus missos* ultimus ibit equos. Amorr. III, 2, 66. Quadriiuges aequo *carcere* misit equos. — V. 197. Optabo tamen, ut partes expellar in illas, *Et teneant portus naufraga membra tuos*, cum Metam. XI, 564. *Illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus* Optat.

Heroid. II, 135. *Ad tua me fluctus proiectam littora portent* .... Si Ovidianum acumen requiras, en exempla v. 74. Si dubitas, *caecum*, Cynthia, *lumen* habes. 129. Cur ego *confundor*, quoties *confunditur* aequor? 148. Idem *navigium*, *navita*, *vector* ero, coll. XIV, 106. *tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci* atque Lennep. p. 281. Si rhetoricam vim, quâ *Ovidii* carmina maxime excellere constat, cf. v. 69. sq. Tu, *dea*, *mortalem* caelo delapsa petebas. Vera loqui liceat: quam sequor, *ipsa dea est*, ubi malim oppositionis causa: quam sequor *ipse*, *dea est*. Vv. 125. 126. Hei mihi! cur *animo iuncti secernimur undis? Vnaque mens*, *tellus* non habet *una duos?* Si lasciviam, vide v. 105. *Cetera nox et nos et turris conscia novit.* – De epistolâ XIX. ne multus sim, praesertim cum criticorum nullus nominatim eam in dubium revocaverit, conferri possint vv. 33. 34. *noctis amicior hora* Exhibuit pulso sidera clara die, cum Heroid. XIII, 105. *nox grata* puellis, quarum suppositus colla lacertus habet. – Vers. 157. In *tua castra* redi, socii desertor *Amoris*, cum Heroid. VII, 32. durumque amplectere fratrem Frater amor, *castris militet ille tuis.* – V. 161. *ire libet* medias ipsi mihi saepe *per undas*, cum Ep. IV, 38. *Est mihi per saevas impetus ire feras.* – V. 173. Nunc male res iunctae, *calor et reverentia*, pugnant, cum Ep. XV, 121. non veniunt in idem *pudor*

atque amor, et IV, 9. 10. Quâ licet et sequitur, *pudor* est miscendus *amori*. Dicere quae puduit, scribere iussit amor. Denique lascivum Ovidiani ingenii lusum invenies in vv. 57. 58. Forsitan invitus mecum tamen, improbe, *dormis*, Et quamquam *non vis ipse venire, venis*. —

De Heroid. XX, a *Burmanno* in dubium vocatâ, sunt plura monenda. Et primum quidem si sententias Ovidio proprias spectemus, compara v. 51. *Nos quoque – sed taceo*, cum Heroid. XII, 207. *Quos equidem actutum – sed* quid praedicere poenam Attinet? Eadem ἀποσιωπήσεως ratio. V. 50. Nec quemquam qui *vir*, possit ut esse, fuit, *vir* eâdem vi est, qua Heroid. IX, 106. *Quom* tu non esses iure *vir*, illa fuit. Sic enim pro *quod* (Cod. *Putean*. h. l. *quem*.) legendum videtur coll. Fast. I, 257. *cum* tot sint Iani, ubi unus meorum *quom*, quod noli spernere. Obiter moneo, scripturam *quum* omni prorsus analogiâ destitutam, et ubivis aut *cum* aut certe *quom* scribendum esse; cuius scripturae rationes atque causas alibi demonstrabo. At vero prope in eo sum, ut illum locum audaciori quidem, sed veriori fortasse coniecturâ in hunc modum refingere instituam: Quod tu non esses iure, *puella* fuit. Cf. enim *Burmann*. ad h. l. cuius exempla largâ manu collecta iam ad locum *sic* refictum quadrant. Vocabula autem *vir illa*, nihil aliud videntur, nisi interpretamenta vocum *quod* et

puella. Sed redeo. — V. 52. oculique tui, *quibus ignea cedunt Sidera* ...... similis est Metam. I, 499. *Sideribus similes oculos.* V. 77. 78. Vtque solent famuli, cum verbera saeva verentur, *Tendere submissas ad tua crura manus*, cf. cum Heroid. IX, 81. 82. Crederis, infelix, scuticae tremefactus habenis, *Ante pedes dominae procubuisse tuae.* — V. 80. Iamdudum *dominae more venire iube*, cum Heroid. III, extrem. me modo ..... *domini iure venire iube.* — V. 81. Ipsa *meos scindas* licet *imperiosa capillos*, cum Heroid. III, 79. neve *meos* coram *scindi* patiare *capillos* ...., vel patiare licet ..... V. 183. Vt valeant, *aliae ferrum patiuntur et Ignes: Fert aliis tristem succus amarus opem*, (sic scrib. pro *patiantur*, quod *Heinsius* temere probavit, ex auctoritate librorum meorum et vulg.) cum Remed. Amor. 229. Vt corpus redimas, *ferrum patieris et ignes*, arida nec sitiens ora lavabis aquâ. V. 527. *Corpora* vix *ferro* quaedam *sanantur acuto: Auxilium multis succus et herba fuit.* — Deinde si eandem illam vim rhetoricam, quam in aliis epp. agnovimus, vid. v. 160. 161. Hic metuit *mendax*, timet haec *periura* vocari. Num dubites, hic sit maior, an ille metus? — Vv. 37. 38. Per gladios alii placitas rapuere puellas: *Scripta mihi caute litera crimen erit?* coll. Metam. VIII, 486. An felix Oeneus nato victore fruetur; *Thestius orbus erit?* Heroid. VIII, 17. An si quis rapiat sta-

bulis armenta reclusis, Arma feras; *rapta coniuge lentus eris?* Quos ad locos *rhetoricâ* argumentatione insignes conforma Her. XIII, 128. Quis velit in patriam vento prohibente reverti? *A patria pelago vela vetante datis?* Sic interpungendum. – Tum, si ingenii acumen, quo *Ovidius*, ut notum, elucere studet, v. 186. *Te*que simul serva *me*que *datam*que *fidem*. V. 234. Quid dubitas *unam* ferre *duobus* opem? – Postèa si lasciviam, in quâ totus est noster, vv. 61. 62. *Caetera* si possem laudare, beatior essem: Nec dubito, *totum quin sibi par sit opus*, qui locus risum an stomachum movere debeat, incertum. Denique garrulitatem prorsus Ovidianam, si placet, cognosces vv. 143. seqq. quos transscribere vere piget. – Iam ad Heroida XXI, veniamus, in quâ eundem, qui in Helenae ad Paridem epistola conspicuus est, tenorem artificiosum – servari et puellam sensim a rigore simulato ad conditionem propositam descendentem induci licet animadvertere; ut mihi persuasissimum sit, eidem utramque auctori tribuendam esse. *Ovidium* igitur et hanc scripsisse iudico. Sed de singulis videamus. V. 29. quâ *peream* si dignus eras, ut vera loquamur, cf. cum Ep. ex Pont. III, 5. 45. Ipse quidem Getico *peream* violatus ab *ictu*; ... te nisi momentis video paene omnibus absens. Sic hoc loco pro *arcu* ex vetusto Cog. *Ratisbonensi* scribendum. Elegantior est enim lectio *ictu*. Porro,

si in hâc causâ locum ex ep. Helenae laudare licet, cum v. 183. et – *pereum* si non invitant omnia culpam. – V. 53. *Causa latet: mala nostra patent: nos pace movetis Aspera submotâ praelia: plector ego*, cum loco, quo nihil splendidius cogitari potest, Heroid. VII, 10. *Facta fugis, facienda petis; quaerenda per orbem Altera, quaesita est altera terra tibi.* – V. 57. Quid *facies odio, sic* ubi *amore* noces? Si laedis quod amas, hostem *sapienter* amabis, cum Amorr. I, 6. 31. Quid *facies hosti*, qui *sic* excludis amantem? Heroid. II, 27. Dic mihi quid feci, nisi non *sapienter* amavi. Art. Amat. III, 565. Ille vetus miles sensim et *sapienter* amabit. – V. 85. Cum iam prope luce peractâ, *Demere purpureis Sol iuga vellet equis*, cum Metam. VII, 324. Ter *iuga Phoebus equis* in Ibero gurgite mersis *Demserat.* Fast. II, 74. Proximus Hesperias *Titan* abiturus in undas Gemmea *purpureis* cum *iuga demet equis*, Illâ nocte aliquis . . . *dicet* . . . . (Sic pro *demit* vetustus Cod. *Monacensis*, quem sequor coll. Heroid. XVIII, 183. Ergo ego te nunquam, nisi cum *volet* unda, tenebo? –) Fast. IV, 688. *Demserat* emeritis *iam iuga Phoebus equis.* – V. 104. Visaque *simplicitas* est mea posse capi, cum II, 64. *simplicitas* digna favore fuit. – V. 116. Quidve *vir elusâ virgine laudis* habet? cum II, 63. *Fallere* credentem *non est operosa puellam Gloria* , ... V. 128. *exoranda tibi*, non *capienda*

fui, cum Metam. V. 415. *roganda*, non *rapienda* fuit. V. 240. Daque libens *victas in tua iura manus*, cum Amorr. I, 2. 20. Porrigimus *victas ad tua iura manus.* – V. 247. *Quid nisi* .. .... restat, ut adscribat litera nostra, Vale? componas cum IX, 19. *Quid nisi* notitia est misero quaesita pudori? Remed. Amor. 591. *Quid nisi* secretae laeserunt Phyllida sylvae? Acumen *Ovidii*, ut assolet, exsplendescit vv. 71. seqq.

Bis tamen *adverso* redierunt carbasa *vento*.
Mentior, ah demens! *ille secundus erat.*
Ille secundus erat, qui me referebat euntem,
Quique parum felix impediebat iter.

V. 121. *Verba* quid exsultas, *tua* si mihi *verba dederunt?* – V. 209. 210. Mirabar, quare tibi nomen Acontius esset: *Quod faciat longe vulnus, acumen habes.* Quem lusum verborum, poëtis Alexandrinis usitatum, iure nec probat, neque *Ovidio* propterea abiudicat *Lennepius* p. 310. qui et ipse has duas ultimas epp. germanum Ovidiani ingenii, paucis fortasse exceptis, quae ex interpolatorum officinâ prodierint, foetum esse acriter contendit. p. 291. seqq. Ceterum ut haec epistola vitiis et corruptelis scateat, hâc ipsâ librorum, qui eam integram reservarunt, paucitate factum de quâ supra. Sed haec hactenus.

Iam Heroidum ordine singulos eos locos persequamur, quibus aut vulgatâ in pristinum restitutâ aut meliori Codd. manuscript. lectione prolatâ,

aut etiam, si quid talibus largiendum est, certiori ingenii coniecturâ haud improspero successu mederi posse videmur. Agmen ducat Heroid. I, 2.

Nil mihi rescribas *ut tamen:* ipse veni,

Sic locum constituerunt *Mitscherl.* et *Lennep.* ex *Gronov.* emendatione pro vulg. cui nostri libri adstipulantur, *attamen.* At vero construenti aut verba ita collocanda sunt: nil *tamen*, *ut* rescribas..... quâ collocatione ordini verborum vim facias; aut cum sequentibus: *ipse veni*, coniungenda, quod vere suadet loci ratio, qualis Heroid. XIX, 2. *ut* possim missam rebus habere, *veni.* Sed uis, quaeso, *nil mihi rescribas ut tamen*, *ipse veni*, dicat pro: *ne quid tamen mihi rescribas, ipse veni?* Quae cum ita sint, revoca vulg. *attamen*, quae vox est h. l. pro simplici *tamen*, ut *Martial.* Epigr. II, 7, 7. nil bene cum facias; facis *attamen* omnia belle. Cum sententiâ ipsâ com. Heroid. VIII, 24. *nec tu* mille rates, sinuosaque vela *pararis*, *Nec* numeros Danai militis: *ipse veni.* Aliorum coniecturas, quas, ut iam supervacuas, omittam, collectas habet *Kuinoelii* libell. lectt. Varr. in *Ovid.* Heroidd. p. 5. – V. 33.

Hac ibat Simois, *hic* est Sigeia tellus,

malim cum *Heinsio* pro *hic*, *haec* (Cod. *Monac.* et *Viet. hac*) coll. Art. Amat. II, 134. *haec*, inquit, Troia est: muros in litore fecit; *Hic* tibi sit Simois, *haec* mea castra puta. Vbi eâdem varietate Cod. *Monac.* *hic* pro *haec* Troia est.....

Idem vitium tollendum ex Heroïd. II, 56. *Debuit hoc meriti summa fuisse mei.* Leg. ex Cod. *Monac.* et aliis multis *haec* coll. 66. *laudis summa sit ista tuae,* et *Kuinoelii* libell. lectt. *Ov. Her.* p. 14. — V. 65.

Misimus et Sparten. Sparte quoque nescia veri.
Quas habitas terras, aut ubi lentus abes?

Sic interpunxit *Burm.* Secuti sunt *Mitscherl.* et *Lennepius.* At importunior interrogatio videtur. Malim igitur revocari distinctionem vulgatam: *nescia veri, Quas habitas terras aut ubi lentus abes.* Metri enim necessitas, ut multa alia, sic etiam *indicativum* pro *subiunctivo* genuit, velut XIV, 14. *Non es quam piget esse piam,* ubi vulg. cum Cod. *Viet. est,* Cod. sex cum *Monac. sum,* temerariâ librariorum mutatione. *Burm.* ex Cod. Lugd. *non es, cui piget esse piam,* unde refingi malim: *non est cur piget esse piam,* quo nihil ad seqq. accommodatius: scilicet, non *pietatis,* sed *sceleris* et *saevitiae pigere* i. q. *poenitere oportet.* X, 86. Quis scit, an *et* saevas tigridas insula *habet,* ubi non mirum si et amanuensium et VV. DD. sedulitas vehementer desudavit. (*Lennepius* p. 217. Quis scit, an et saevas tigridas *illa ferat?*) *Et* scripsi ex *Puteanei* vestigiis *et haec.* De voculâ *et* h. l. toties (forsitan *et* . . . . . an *et* . . . . , *et* freta . . . . *et* gladios) repetitâ apte comparabis XVII, 177. *et* libet *et* timeo . . . . . *et* vir abest nobis, *et tu* sine coniuge dormis . . . . . . *et* longae

noctes: *et* iam sermone coimus, *et* tu, me miseram! blandus: *et* una domus: *et* – *peream si non invitant omnia culpam.* Sic hunc locum, quem *Francium* attentasse nolim, distinguendum censeo. Metam. X, 637. ed. *Mitsch.* *quid facit*, ignorans, amat et non sentit amorem, adsentiente Cod. vetusto *Monac.* Ed. *Burm.* male: *quod* ..... coll. Metam. IX, 525. *Quid velit*, ignorat; .... Quibus exemplis paene adducor, ut Heroid. XIX, 78. Tempore, *cum properas*, saepe minore *venis*, ex Cod. *Monac.* lectione *quo properans*, ita corrigam: Tempore, *quo properas*, saepe minore *venis*, i. e. eo, quo *properes*, saepe etiam minore tempore *venias*, quo iam haec sententia *universalis* quam vocant, fiat. Add. Heroid. IV. 175. verba precantis *Perlegis*, at lacrymas *finge* videre meas, ubi egregia sit *Nic. Heinsii* correctio: *perlege*, *sed* ...... ni obstet XVIII, 171. Hic *es* et exiguum misero *contingis* amanti. Recte igitur Cod. *Monac.* glossator illud *Perlegis*, suprascripto *perlegas* interpretatus est. Nam dici vix potest, quantum et in aliis noster metri necessitati dederit v. c. Heroid. IV, 134. Et fas omne facit *fratre* marita soror, pro *fratris*. XIII, 135. Sed quid ego revoco haec? omen *revocantis* absto, i. e. *revocanti* omen abesto. Quamquam hoc ob maximam lectionis discrepantiam perplexissimo loco, ne *ego* ultimam praeter consuetudinem nostri producat, *Heinsii* lectionem: Sed quid

ego *hos* (malim *has*) *revoco? revocuminis* omen absesto, a quâ cum aliis Cod. *Vict. revocantis omen*, proxime abest. XIV, 108. Exuit *insanae pellicis ora bovi*, inversâ structurâ pro: *pellici ora insanae bovis*, siquidem haec lectio Cod. *Lovaniensis*, ab *Heinsio* recepta, a *Lennepio* p. 244. contorte explicata, vera est. At nescio an lectio Codd. Dresd. Erfurdt. Gothan. duorum, *Monac. Vict. bovis*, quibus fortasse, tacentibus *Burmanno* atque *Heinsio*, omnes ceteri, uno excepto, accedant, hoc modo ferri possit: exuit *bovis ora insanae puellae*. Vide enim, quae de Genitivis *uni* casui regenti cum *Duplici relatione* iunctis nuper monuit *Goerenz.* ad *Cic.* de legg. p. 169. Atqui hoc loco Genitivorum alter *insanae pellicis* designat *eam*, *quae* bovis ora, alter *bovis*; *id animal, cuius* ora puella habuit (nos die *RindesGestalt des wuethenden Maegdleins.*) — Neque aliud quicquam nisi eadem illa metri necessitas vocem *quoque* sede suâ nonnusquam deturbavit v. c. Heroid. XX, 95. Non meruit falli mecum *quoque* Delia, i. e. mecum *Delia quoque*. Art. Amat. I, 750. Haec *quoque* ab alterius grata dolore venit, i. e. haec (voluptas) ab alterius *dolore quoque* grata venit. Quibus locis alius Metam. XI, 700. Nunc absens pereo, iactor *quoque* fluctibus absens, i. e. iactor fluctibus *absens quoque* (ἀπεὼν περ), adiici possit, si quis vulgatam illam, cui vetustus Cod. *Monac.* adstipulatur, *Heinsio*

invito retineat, quod equidem pervelim. At Heroid. IV, 175. Addimus his *lacrimas precibus quoque* ...... nihil est, quod vocem *quoque* in tali positione relinquamus, quam Codd. *Monac. Vict.* Dresd. Gothani melius ita immutant: addimus his precibus *lacrimas quoque* ... V. 50.

Si maneo, qualis Troiâ durante manebam,
Virque mihi demto fine carendus *abest.*

Praeplacet lectio vividior Cod. *Monac. si mihi vir.* coll. Heroid. X, 93. *si* mare, *si* terras porrectaque litora vidi. XX, 169. *si* tibi iustitiae, *si* recti cura fuisset. VII, 153. al. Hinc XVI, 211. tali interpunctione distinxerim: quid tamen hoc refert, *si* te tenet ortus ab illis, *Cogitur* huic domui Iupiter esse socer? suppressâ alterâ *si*, veluti Amorr. I, 1, 8. quid, *si* praeripiat flavae Venus arma Minervae, *Ventilet* accensas flava Minerva faces? *Cic.* pro leg. Manil. XXII, 99. *sin* autem vos plus tum in republica vidistis; *vos*, his repugnantibus, per vosmet ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquando .... Iam in *Aul. Sabin.* Ep. II, 41. ed. *Mitsch.*

Nec metuam hoc ipso coram Genitore fateri:
Libertas meritis est mihi *facta tuis.*
Dicere, non duro dilectam Phyllide liqui,
Pectore, nec praeceps vela ferenda dedi.

ita interpunxerim: *Libertas meritis est mihi facta tuis Dicere* ..... i. e. *libertas dicendi*, Graece.

rum more. *Dicere* enim spectat ad sequentia *Demophoontis* verba, *hoc ipso coram genitore fateri,* ad ea, quae praecedunt: *me tamen haec inter tacitum convicia saepe Adversis memini vota tulisse notis. Saepe abitura tuo* .... Eadem haud dubie fuit sententia *Nic. Heinsii*, cui emendatio *dicere* pro *dices* debetur. Exemplis, quibus per duo disticha eadem enunciatio aut periodus continuatur, si quid opus est, ea confer in Heroid. XII, 47. XIII, 22. 157. XIV, 40. 123. XVI, 120. XVII, 241. XIX, 198. XXI, 60. al. Sed hâc datâ occasione alios quoque locos melius, si quid videmus, mutatâ distinctione constituamus, veluti Heroid. III, 3. quascunque aspicies, lacrimae fecere, *lituras*. Incisum dele ante *lituras*. VI, 98. quâque feros angues, te quoque mulcet, *ope*. Tollendum commatis signum ante *ope*. XVI, 32. quas habeo, Di tueantur, *opes*. Idem faciendum ante *opes*. Cf. VIII, 39. quem sibi permisit, genero *permittet amorem*. [*Permittet* enim leg. pro *permittit*, quod unde hauserit *Mitscherl.* nescio.] Quemadmodum autem primarium enunciatum nomen aliquod sibi aliunde additum continet, sic relativa sententia nomen ex primariâ, qui est Graecorum mos, eodem iure sibi asserit v. c. Heroid. VII, 129. pone deos, et quae tangendo *sacra* profanas. XVI, 15. nec te frustra promiserit, hoc mihi, quae suasit, *mater Amoris* iter. XVIII, 41. mittit Abydenus, quam

mallet ferre *salutem*, si cadat ira maris....... Sic interpung. his tribus locis. Interrogationis signo distingue Heroid. VI, 144.

Dic age, si ventis, ut oportuit, actus iniquis
Intrasses portus, tuque comesque, meos?
Obviaque exissem foetu comitata gemello:
Hiscere nempe tibi terra roganda *foret*?

Aul. Sabin. Ep. 1, 55. 56. ars pia; sed quoties oculos frustrabere lanâ, successum *toties* ars dabit ista tibi. Cuius loci absurditatem facile est perspicere. *Heinsius* scribendum putat: ars pia; sed quoties oculos frustrabere lanâ Successum, *quoties* ars dabit ista tibi? Malim equidem leniori remedio: ars pia; sed quoties oculos frustrabere lanâ, Successum toties ars dabit ista *tibi? Frustrabere* enim i. q. *frustrari tentabis*, qui usus loquendi certe apud Graecos late patet. — Heroid. IV, 150. heu! *ubi nunc fastus altaque verba? iacent*. Sic interpungendum suasit *Heinsius*, cuius auctoritati parendum censeo. Paruerunt *Drakenborchius* et *Burmannus Secundus*, *Lennepio* teste p. 189. Cf. V, 130. unde hoc compererim tam bene, *quaeris? amo*. Vbi tamen Cod. *Vict. si unde* ...... ad exemplum Remed. Amor. 9. *et si*, *quid* faciam nunc quoque, *quaeris*; *amo*. *Tacent* autem illo loco eâdem vi est, quâ Metam. I, 272. deplorata coloni Vota *iacent*. Idem vocabulum latet fortasse obductum in Heroid. IX, 125. fortunam vultus fassa *tegendo* suos. Qui lo-

eos, cum in eo Codd. manuscripti vehementer turbent, neque usquam *Ovidius* Gerundii *tegendo* ultimam corripuerit, excitavit quam plurimos ad coniectandum (v. T. I, p. 131. ed. *Burm. Lennepii* Obss. p. 214. qui refingendum putat *decente* pro *tegendo*, *tegento*). Equidem advocatâ Codd. lectione *tegente*, Cod. *Vict.* et aliorum *vultum*, unius *suo*; illum ita rescripserim: nec venit incultis, captarum more, capillis, *fortunae vultum* falsa *iacente suo*. Vt ingenio Ovidii, huiusmodi argutias nimio studio sectanti, satisfiat. *Fortunae* dedi auctore *Gronovio*, cuius acutissimam coniecturam *Heinsius* laudat. Lectio autem *iacente* apprime cum sequentibus versiculis videtur convenire:

Ingreditur late lato spectabilis auro:

Qualiter in Phrygiâ tu quoque cultus eras.

Dat *vultum* populo *sublime* sub Hercule victo...

Iacente enim *vultu* i. q. demisso vultu, coll. Ep. ex Pont. I, 3, 27. cum bene firmarunt *animum* praecepta *iacentem*. — Heroid. II, 148.

Ille *neci* caussam praebuit, ipsa manum.

Neci; *Heinsius*, *Burmann.*, *Mitscherl.*, *Lennep*. Reclamant Codd. ad unum omnes, qui habent *necis*, quod restitutas auctore *Heusingero* (cf. *Kuinoelii* libell. lectt. *Ovid.* p. 18.) coll. Ep. X, 144. nec tamen est, cur sis tu mihi causa *necis*. — Her. III, 7.

Non ego poscenti, quod *sum* cito tradita regi,
Culpa tua est . . . . .

Sic *Heins. Burmann. Mitsch. Lennep.* Praeferrem equidem Cod. *Vict.* lectionem exquisitiorem *sim*, quae sententiae rationem ita immutaret: non tibi, ut culpa, imputari potest, quod regi cito *tradita sim.* Duplici enim modo locus, quem proposui, explicari potest, aut ita, ut *Relativum* enunciatum: *quod sum cito tradita regi*, vocis *culpa* appositio, quam vocant, fiat, scilicet: *non tua* est culpa, quod ego poscenti regi cito tradita sum; aut, ut ipsa vocabula *culpa tua est*, *Relativi* enunciati praedicatum efficiant, scilicet: *quod* ego poscenti regi cito tradita sim, non *est culpa tua.* Prior interpretationis ratio Indicativum *sum*, posterior Subiunctivum *sim* deposcere videtur; coll. IX, 27. At bene nupta feror, quia *nominer* Herculis uxor, *Sit*que socer, rapidis qui tonat altus equis. Quod vero supra lectionem *sim* vulg. anteferendam praedicavi, suspicari licet, Subiunctivum *sim* ab amanuensibus minus intellectum, eoque ut sexcenties factum videmus, cum Indicativo commutatum esse. Coniunctivum item revocaverim ex Codd. manuscr. lectionibus Heroid. VII, 29. non tamen Aenean, quamvis (*wenn auch noch so*) male *cogitet* (ex Codd. *Monac. Vict.* Goth. sec. Erfurdt.), odi, coll. 45. quamvis *mereare.* Amorr. II, 2, 52. quamvis *audiat* illa; — XIV, 74. Nox tibi, ni *properes* (ex Codd. *Mo-*

nac, et Erfurdt.), ista perennis erit, coll. VIII, 102. is quoque, *ni* pro se *pugnet*, ademtus erit. Amorr. III, 4, 6. nec custodiri, *ni velit*, illa potest. — Art. Amat. II, 180. *Frangis* si vires *experiare* (ex aliquot Codd. et *Monac.* diversâ lectione; persona est enim *indefinita*) tuas. Neque etiam librorum nonnullorum, inter quos *Monac.*, lectio *franges* videtur spernenda, coll. Metam. III, 141. at bene si *quaeras*, fortunae crimen in illo, Non scelus *invenies*. XV, 293. Si *quaeras* Helicen et Burin, Achaïdas urbes, *invenies* sub aquis. Heroid. IV, 92. Arcus — *ut* arma tuae tibi *sint* imitanda Dianae — Si numquam *cesses* tendere, mollis *erit*. Sic locum praeclare constituit *Heinsius*, cuius auctoritati a *Burmanno*, *Mitscherlichio* et *Lennepio* parendum erat. *Sint* enim habent Codd. *Monac. Vict.* cum vulg. Neque ob aliam causam Remed. Am. 245. Si nisi firmata *properabis* mente reverti, *Inferet* arma tibi saeva rebellis Amor, Cod. *Ratisb.* vetusti lectionem *properaris*, Art. Amat. I, 581. huic si sorte *bibes*, sortem concede priorem, vulg. *bibas*, et II, 291. Si poenam servo, si vincula saeva *remittis*, Quod facturus eras, debeas illa tibi, Cod. *Monac.* lectionem *remittas* revocandam censeo coll. Amorr. I, 8, 36. Si *simules*, prodest. 53. forma, nisi *admittas*, nullo exercente senescit. Art. Amat. II, 455. Si spatium *quaeras*, breve sit, quo laesa queratur. Art. Amat. III, 32. paucaque

si *quaeras*, crimina fraudis habent. — Heroid. VII, 83. Si *quaeras*, ubi sit formosi mater Iüli. — Quid, quod etiam definita persona Subiunctivum locis adscivit sat multis: Ep. IV, 102. Si Venerem *tollas*, rustica sylva tua est. V, 98. nec tibi, si *sapias*, fidam promitte Lacaenam. VIII, 48. Si melius *numeres*, ab Iove quintus eris, coll. propter *melius*, quod nolim a summis viris attentari (cf. *Lennepii* Nott. p. 205.) II, 7. bene quae *numeramus* amantes. XVI, 270. amplectique tuos, si *patiare*, pedes, add. XX, 116. — XVIII, 121. hoc quoque si *credas*, ad te via prona videtur. XX, 148. postmodo si *facias* istud, adulter eris. XXI, 221. Si me nunc videas, visam prius esse negabis. In aliis enim *Futurum* aut *Praesens* Indicativi invenies usurpatum: Ep. VII, 174. nec te, si *cupies*, ipsa manere sinam, ubi tamen Codd. *Monac. Vict.* Goth. sec. Dresd. Erf. *cupias*. IX, 32. Si qua *voles* apte nubere, nube pari. Quo loco *Douza* (ex libro manuscripto an ex ingenio incertum) attulit *velis*. XVI, 173. Pliada, si *quaeres*, in nostra gente Iovemque Invenies; ubi Codd. *Monac.* et Goth. sec. *quaeras*. — VI, 123. Si *quaeris*, cui sint similes, cognosceris illis. Metam. IX, 531. et si, quid cupiam, *quaeris*, sine nomine vellem .... Heroid. XVIII, 74. si *dubitas*, caecum, Cynthia, lumen habes. XIX, 205. Si tibi non *parcis*, dilectae parce puellae. XXI, 57. Si *laedis*, quod amas, hostem sapien-

ter amabis. — Contra *Indicativum* pro Coniunctivo, ut istas Grammaticorum minutias ulterius persequamur, substituerim locis his: Ep. XX, 224. nec si generosa *probaris* nomina ...... Perfectum h. l. ineptum, nec metri necessitate potest excusari, cum *probatis* (i. e. vos, mater et filia) quod vere habet Cod. *Monaq.* scribere licuerit. Rescrib. igitur *probatis*, quod optime cum praecedd. convenit. Ep. IX, 29. quam male inaequales *veniant* ad aratra iuvenci .... Omnes Codd. uno Puteaneo excepto suggerunt *veniunt*, quod restituas coll. Art. Amat. I, 471. *veniunt* ad aratra iuvenci. Dissimilis causa Metam. XI, 538. quot *veniant* fluctus .... ubi tamen unus meorum pervetustus liber *veniunt*. Inducunt Subiunctivum non minus inutilem Ep. XVI, 145. plus hic invenio, quam quod *promiserit* illa. Omnes praeter tres libri, quos inter Erfurdt., Goth. sec. Dresd. mei, habent *promiserat*. Recte; manifestum enim, *quod* h. l. non eandem vim et potestatem habere, quam *ut id* Ep. II, 82. at mea despecti fugiunt connubia Thraces, Quod *ferar* externum praeposuisse meis. Ubi Codd. *Vict.* Dresd. Erfurdt. Helmst. Gu. quart. Gothani *feror*, quod placet. Referendum enim *feror* ad *Thraces*: illud si abesset, recte diceres: quod externum *praeposuerim* meis (sc. sic Thraces criminantur, culpant, differunt.). Sed ad iucundiora revertamur Ep. IV, 21. seqq.

Scilicet ut teneros laedunt iuga prima iuvencos

Frenaque vix patitur de grege captus equus;

Sic male vixque subit primos rude pectus amores,

Sarcinaque haec animo non sedet apta *meo*.

Ars fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis:

Quae *venit* exacto tempore, peius amat.

Locus corruptelis adhuc obscuratus. Importunum enim istud *meo* sententiarum *universalium* tenorem interrumpit, et verba: quae *venit* exacto tempore, omni prorsus carent sensu. Modus enim, quo *Lennepius* p. 184. vulgatam interpretari instituerit, omnino videtur improbandus. De priori vulnere sanando ut quid sentiam, declarem, versiculus iste: sarcinaque haec animo non sedet apta *meo*, ad Phaedram nec debet neque potest referri, si quidem versus, quos modo proposui, hanc habent sententiam: *quo serius Amor ad me venit, eo gravius et vehementius exarsi; sic enim fit: tenera iuventus primos amores aspernatur et male vixque sequitur, nec nisi arte quâdam crimina et furta potest edoceri; adulta autem aetas, quo serius, hoc gravius amat.* Quae cum ita sint, nullus dubito: quin scribendum sit:

Sarcinaque haec animo non sedet apta *suo*.

i. e. animo, qualem sarcina ista requirit, coll. XX, 68. cur *suus* a tanto crimine fructus abest? i. e. fructus, quo dignum est tantum crimen XIV, 67. lacrimae *sua* verba sequuntur. Art. Amat. I,

85. illo saepe loco desunt sua verba diserto 683. iam dea laudatae dederat sua praemia formae. Fast. I, 320. ponemusque suos ad stata signa dies. *A. Sabin.* Ep. III, 88. Simoenta .... cursus non tenuisse *suos?* — *Tacit.* de situ Germ. 5. ne armentis quidem *suus* honor aut gloria frontis. — Plura coacervare de re protritâ nolo. Sed altera multo maior difficultas adhuc restat, ut iam significavi, in vocibus: quae *venit* exacto tempore. Lectionem enim *venit* falsam esse, manifestum; germanae substitutam, verisimillimum; cum constet, librarios verae lectioni erasae, et quae satis cognosci non potuerit, aliam qualemcunque pro libidine supponere esse solitos v. c. Ep. XIX, subit furtim lumina *fessa* sopor, ubi Cod. *Vict.* pro *fessa*, XX, 82. oraque sint digitis livida *facta* tuis, ubi Codd. *Monac. Vict.* Gothani, Dresd. cum vulg. pro *fata*, VI, 40. detegit ingenio vulnera *facta* suo, Codd. *Monac. Vict.* Gothani, Dresd. Erfurdt. cum multis aliis item pro *facta* elumbem praebent et ieiunam lectionem *nostra*. Quamquam hoc postremo loco nec *facta* genuinum habeo. Fortasse non displicebit:

Singula dum narrat, studio cursuque loquendi
Detegit ingenio vulnera *tecta* suo.

Vt hic versiculus rhetoricae *Ovidii* facultati respondeat, coll. Ep ex Ponto I, 5, 30: quod tua *texuerunt* scripta, *retexit* opus, ubi similiter plu-

rimorum Codd., inter quos etiam *Monac.* et *Ratisb.* scriptores, cum illud *texuerunt* concoquere nequeant, de suo *fecerunt*, quo nihil ieiunius, subiiciunt. Heroid. XVI, 236. sed tamen *apparet dissimulatus amor.* Quid *ingenio* ..... *suo* significet, videre licet ex Metam. XIII, 305. deprensus *Vlixis Ingenio* tamen ille ...... Sed ut ad locum redeam, unde digressus sum; quae lectio, absurdâ istâ *venit* inductâ, *Ovidio* an reddenda sit, facile est opinari, difficile iudicare. Quodsi opinioni indulgere libet, lectionis huius mihi in mentem venit:

Quae *calet* exacto tempore, peius amat.

Coll. Ep. XVIII, qui *calet* in cupido pectore, praestat amor. Art. Amat. I, 526. flammae, quâ *calet* ipse, favet. Amorr. III, 6, 83. te quoque credibile est, aliquâ *caluisse* puellâ. Art. Amat. III, 571. pueros aetate et amore *calentes*. Hinc *calor* pro *amor* in harum ipsarum Heroidum XIX, 173. *calor* et reverentia pugnant. Art. Amat. I, 237. vina parant animos, faciuntque *caloribus* aptos. Contra expungendum *cales Aul. Sab.* Ep. III, 6. quid refert? caussa tu meliore *cales*, et substituendum, ut recte monent *Burmannus* atque *Heinsius*, *eades*. Ceterum promtum est, unde vox *venit*, quae lectionis germanae lacunam expleret, ab librario petita sit, scilicet ex v. 19, *venit* Amor gravius, quo serius. —

Her. IV, 34.

At bene successit: digno quod adurimur igni,
Peius adulterio turpis adulter *abest.*

Primum omnium moneo, in hexametri initio pro *at*, ex Cod. *Vict.* *ast* legendum videri, sicuti Fast. I, 43. *at* Numa nec launm nec avitas praeterit umbras, leg. ex Cod. *Ratisbon.* fragmento *ast.* Deinde vehementer miror, quod *Heinsius* et *Burmannus*, quibus *Mitscherlichii* socordia adstipulata, lectionem unius Cod. *abest*, quae, ut fit, ex *obest* eodem modo depravata, quo in Ep. XVIII, 7. *adeunda* in Codd. *Monac.* *Vict*, aliisque ex *obeunda*, V, 6. in Cod. *Monac.* hoc ipsum *abest* ex *obest*, vulgatae praetulerint, nec pentametro sententiam *universalem* contineri intellexerint, qualem noster saepe hexametro subiungere solet, veluti Ep. XIX, 77. at cito mutata est iactati forma profundi. *Tempore, quo properas, saepe minore venis.* Verba enim: *Tempore, quo properas, saepe minore venis*, sententiam universalem efferre, supra significavimus. V. 143, 144. nec pretium stupri gemmas aurumve poposci. *Turpiter ingenuum munera corpus emunt.* IX, 119, 120. Haec tamen audieram: licuit non credere famae; *Et venit ad sensus mollis ab aure dolor.* [Sic enim hunc locum legerim, *et* ex Cod. *Victor.* (Erfurdt. *sed.*) pro *en*, quod sententiae universali contrarium est, restituto, coll. Heroid. XIII, 110. cur *venit a verbis multa querela tuis?* Art. Amat. I, 750. haec

quoque *ab alterius grata dolore venit.* Fast. IV, 542. tantus *caelesti venit ab ore vigor.* V, 368. *a vero* tertia *causa venit.* al. De vi, quam vox *et* in pentametri initio nonnusquam habet, comp. Heroid. XV, 178. quicquid erit, melius, quam nunc, erit aura subito. *Et* mea non magnum corpora pondus habent. VII, 52. tu quoque cum ventis utinam mutabilis esses! *Et* nisi duritiâ robora vincis, eris. *Aul. Sabin.* Ep. II, 101 quos tibi, me miserum! laqueos, quae fata minaris? *Et* nimis audaces gens habet ista deos.] XVII, 189, 190. Dum novus est, potius coepto Pugnemus amori. *Flamma recens parva sparsa resedit aqua.* Revocanda igitur ex indigno exsilio le tio illa *obest:*

Peius adulterio turpis adulter *obest.*

i. e. turpis adulter *peius obest*, quam adulterium. *Peius* enim i, q. *vehementius*, ut paullo supra; *peius* amat. VII, 30. quaestaque *peius* amo. Add. *Lennepii* Observv. p. 185. cuius sententia eodem, quo mea, inclinat. —

Vv. 157. sqq. eiusdem Heroid.

Quo mihi, quod genitor, qui possidet aequora, Minos?
Quod veniant proavi fulmina torta manu?
Quod sit avus, radiis frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui movet axe diem?

Cod. *Monac. quid* mihi *si* genitor ..... *quid* proavi *veniant* .... cum Erfurdt. Goth. sec. — Cod.

Vict. quod mihi *sit* genitor ..... *quid* veniant .... cum Puteaneo aliisque. – Goth. pr. *quid* mihi *quod* .... si *Kuinoelio* fides p. 7. – Goth. pr. et sec. *quidve iuvant* ...... Locum qualis exstat, medicâ criticorum ope nondum satis suspicor persanatum, praesertim cum quid Subiunctivi isti *veniant* et *sit* sibi velint, equidem non assequar. Gothani quidem libri in priori pentametro meliora, quin imo si quid vi eo, verissima suggerere videntur, pro *quod veniant, quidve iuvant*; in altero autem hexametro: *Quod sit* avus ...... ubi Cod. *Vict. quid sit*, praebet, rem licet coniectando administrare. In vocibus enim: *quid* aut *quod sit avus*, eandem elegantiorem locutionem latere arbitror, quae ex corruptis illis: *Quod* mihi *sit* genitor, vel, *quid* mihi *si* genitor, adiuvantibus melioribus libris, ab *Heinsii* eruditione in lucem protracta est. Scilicet legendum puto:

Quo mihi, quod genitor, qui possidet aequora Minos?
Quidve iuvant proavi fulmina torta manu?
Quo, *quod* avus radiis frontem vallatus acutis...

coll. XXI, 115. improbe, quid gaudes? aut quae tibi gloria parta est? *Quidve* vir elusa virgine laudis habes? – XI, 17. *Quid iuvat* admotam per avorum nomina coelo Inter cognatos posse referre Iovem? Ep. ex Ponto IV, 16. fin. *Quid iuvat* exstinctos ferrum *demittere* in artus? Sic hoc loco ex Cod. *Ratisbonensi* (*demitere*) aliisque pro

dimittere, quod *Heinsio* praeplacuisse miror, legendum, sicuti ex pervetusto Cod. *Monac.* et multis aliis Metam. XII, 441. 491. XIII, 694. ed. *Mitscherl.* qui his locis, *Burmanno* invito: *Heinsii* auctoritatem male et mirâ inconstantiâ secutus est, cum idem ille Heroid. XIV, 5. Burmannianam lectionem *demittere*, reclamantibus membranis, retinuerit. *Quid iuvat* ..... invenies etiam Amorr. II, 9, 13. 14, 1. Art. Amat. III, 651. Remed. Am. 629. E contrario *quo*, quod illi loco merito videmur restituisse, iniuriâ sedem tenet Heroid. XIV: *quo* meruere necem, patruelia regna tenendo, quae tamen externis danda forent generis? ubi frustra est *Nic. Heinsius*, qui pro vulgatâ *quid* ex Cod. *Puteaneo quo*, quae lectio librarii oculis ad sequens distichon ab errantibus nata est, restituendum censuit. Omnes enim loci, quos V. D. ad suam sententiam confirmandam excitavit, *quo* sensu vulgari (*wozu?* non *wodurch?*) usurpatum habent; *Valerii* autem versiculus, quem idem coniecturâ ad rem suam accommodare conatus est, (*Valer. Flacc.* Ed. *Heins.* p. 206.) melius vulg. servatâ legitur: *Quid* Minyae meruere queri? – *Quid* i. q. *cur* coll. Heroid. III, 86. *quid* lacerat Danaas impiger Hector opes? ubi iterum *Heinsius* maluit *quo*. V, 115. *quid* arenae semina mandas. al. Legendum igitur et distinguendum:

Quid meruere necem? *patruelia regna tenendo?*
Quae tamen externis danda forent generis.

At vero Metam. X, 615.

Quid, quod adhuc puer est? non me movet ipse, sed aetas.

locum relinquat istud *quid*, et vulg. cui pervetustus Cod. *Monac.* patrocinatur, *sed quod* ...... in pristinum restituatur.

.... non sum me iudice tanti.
Nec formâ tangor (poteram tamen hâc quoque tangi)
Sed quod adhuc puer est. Non me movet ipse, sed aetas.
Quid, quod inest virtus, et mens interrita leti?
Quid, quod ab aequoreâ numeratur origine quartus? ....

Conf. sis fluctuationis, quâ Medeae animus in diversas partes distrahebatur, egregiam descriptionem Metam. VII, 26.

Quam nisi crudelem, non tangat Iasonis *aetas*
Et *genus* et *virtus?* quam non, ut caetera desint,
Forma movere potest? certe mea pectora movit. —

Heroid. V: 157. seqq.

Me Satyri celeres, sylvis ego tecta latebam,
Quaesierunt rapido, turba proterva, pede:
Cornigerumque caput pinu praecinctus acutâ
Faunus, *in immensis quâ tumet Ida iugis.*

Sic vulgo distinguitur in posteriori pentametro, Librarii plurimi, pravâ interpunctione decepti, praepositionem *in*, in quâ iure adhaeserant, aut praetermiserunt, veluti in Cod. *Vict.* aut cum voculâ *et* commutarunt (v. c. in Cod. Erfurdt.). Equidem hanc interpungendi rationem inibo:

Cornigerumque caput pinu praecinctus acutâ,
Faunus in immensis, *quà tumet Ida, iugis.*

i. e. in immensis *tumidae Idae* iugis. (coll. Amorr. II, 16, 51. *tumidi* subsidite *montes.*) Aliter Metam. XI, 753. ostendens *spatiosum guttura* mergum, *in* eodem graecismi auxilio, quo fretus eam voculam *Heinsius* exturbavit, in pristinam revocaverim sedem. Codd. enim plurimi l. l. exhibent *in gutture*, pervetustus Cod. *Monac.* cum vulg. *in guttura*, pauci *gutture* sine *in*. Leg. igitur: ostendens spatiosum *in* guttura mergum. Namque *spatiosum in guttura* dictum puto ad analogiam Homerici illius εἰς ὦπα, ἐς φύσιν in Batrachom. 32. Τὸν ἐς φύσιν οὐδὲν ὅμοιον. cf. v. 96. ἐς ἀνδραγαθίην in *Herod.* I, 99. οὐδὲ ἐς ἀνδραγαθίην λειπόμενοι. ἐς ὕψος in II, 13. ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος. ἐς πάχος in *Apollon. Rhod.* I, 1195. Τόσση ὁμῶς μῆκός τε καὶ ἐς πάχος ἦεν ἰδέσθαι. al. Praecipue *Herodt.* III, 110. ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα. In universum nimirum *Heinsius*, vir ceteroquin omni laude superior, graecismis interdum iusto plus videtur indulsisse v. c. *Heroid.* IX, 111. Pro pudor! hirsuti costas exuta leonis Ass

pera texerunt vellera molle latus. Vbi omnes, praeter tres, libri *costis*, quâ lectione spretâ *Heinsius* alteram *costas* iure sibi visus est *Ovidio* reddidisse, utpote commendatam eleganti graecismo; quem tamen hoc loco nullum esse omni pignore contendo. Diceres enim ad Graecorum exemplum aut: *costae hirsuti leonis* (sive, *leo hirsutus*) *aspera vellera exutae*, aut: *leo hirsutus costas asperis velleribus exutus*, aut etiam fortasse: *leo hirsutus costas aspera vellera exutus*, quâ dictione binae verbi constructiones: *costas exuere asperis velleribus* (veluti Metam. IV, 590 *teque his*, infelix, exue *membris.*) et *costis exuere aspera vellera* solemni Graecorum more in *unam* conflatae forent. Sed, *hirsuti costas exuta leonis aspera vellera* est, pro nihilo, nec h. l. auctoritati trium quantivis pretii Codd., ceteris invitis, parendum. Cf. Art. Amat. III, 77. *anguibus* exuitur tenui cum pelle *vetustas*. Heroid. XIII, 147. Exuet *haec reduci* clypeum .... Recte contra Metam. VII, 318. *cornua*que exuitur. *Sil. Italic.* VI, 400. exutus *senium*, quem locum cum sequentibus frustra laudat *Heinsius*. Id. XIII, 120. exuta *feram*. *Stat.* Thebaid. X, 643. Amphitryoniadem exutum *horrentia terga* (scil. leonis.) Recte etiam *Stat.* Thebaid. IX, 103. exutus *canos lacero diademate crines*. Quibus omnibus locis Nominativus totum quiddam designat; Accusativus partem eius aliquam, aut quidquid et

utcunque ad totum illud pertinet. – Add. *Lennep.* Observv. p. 212. qui mecum facit. Veri contra graecismi elegantiam in Heroid. V, 105. ardet amore *tui,* nostro reddere licet, si Cod. *Monac.* lectionem *amore tuo* audias. Cf. enim Il. XIX, 321. σῇ ποθῇ, i. e. ποθῇ σου. Odyss. XI, 202. σὸς πόθος. *Soph.* Oed. Tyr. 962. τῷ' μῷ πόθῳ. *Matthiae* gr. Gramm. p. 645. Quem usum Latini sequuntur *Ovid.* Metam. VIII, 435. longeque *tuo* sit captus amore. Vbi *Heinsius* maluit *tui.* II, 293. quod si nec *fratris* nec *te mea* gratia tangit. V, 378. VI, 440. Remed. Amor. 646. desideriis *tuis.* Dir. *Caton.* 101. – Aliud denique graecismi genus restituatur Heroid. XVII, 185. *Quam* male persuades, utinam bene cogere possis! Rescrib. *quod* pro *quam,* ut Cod. *Vict.* cum vulg. coll. XIX, 187. cupio non persuadere, *quod* hortor. Add. *Matthiae* gr. Gr. p. 564.

Heroid. VI, 29.

Vivit, ait; timidum*que mihi* iurare coegi.

Sic editum a *Burmanno* et *Mitscherlichio.* Quamquam Cod. *Vict.* et Goth. pr. cum multis aliis significantius: *timidum, quod ait* ....., quod noli spernere; cum librariorum natio, repetitas voces perosa, aut praetermittere eas, aut aliis infartis interpolare consueverit. Exempla citat *Heinsius* ad h. l. Quibus hoc addas Heroid. XX, 161. Hic *metuit* mendax, *timet* haec periura vocari. Num dubites, hic sit maior, an ille metus? Vbi Cod. Ber-

nensis: (Ed. *Burm.* Tom. I, p. 300.) *Ille timet* mendax, *timet* haec periura vocari. Duo alii: *Hic metuit* mendax, *timet* haec periura vocari, quibus proxime accedit Goth. sec. — Cod. *Monac.* cum Dresd. *Hic metuit* mendax, *haec et* periura vocari, quibuscum paene consentit Goth. pr. — Priscae edd. et Cod. Bersmanni: Hic metuit mendax, *sed et haec* .... Cod. *Vict,* et Oxoniens. Hic metuit mendax, *haec periurata* vocari. Haec est Codd. lectionum quasi genealogia. Iam vides, quae lectio ex tantâ farragine mihi praeplaceat: scilicet: *Ille timet* mendax, *timet haec* periura vocari, coll. Heroid. I, 71. quid *timeam*, ignoro, *timeo* tamen omnia demens. XII, 117. Nec *tamen extimui*. Quid enim post illa *timerem?* Sic paullo infra *timor* et *metus* confusa reperies v. 165. nec spes par nobis, nec *timor* aequus adest, ubi Cod. *Vict. metus.* —

Heroid. VI: 51.

. . . . . . sed me *mala* fata trahebant.

Malim equidem praeferre Cod. *Vict.* Erfurdt. Goth. sec. et aliorum multorum lectionem: me *mea* fata trahebant, coll. Heroid. XII, 35. et *me mea* fata trahebant. Trist. II, 341. sed *me mea* fata trahebant. III, 6, 15. sed *mea me* in poenam nimirum *fata* trahebant. Add. Heroid. VI, 136. *me mea* Lemnos habet. VII, 21. *te tua* vota morentur. 85. *te tua* numina damnent. X, 45. *me mea* lumina flerent. XVIII, 97. *te tua* vix prohibet

nutrix. XIX, 84. *te tua* plus remis brachia posse putes? al. — Heroid. VII, 85. ed. *Mitscherl.*

Haec mihi narraras, *at* me *movere merentem*
Illa minor culpa poena futura mea est.

Locus corruptus; quem tamen *Burmannus* ex Codd. vestigiis optime ita restituit:

Haec mihi narraras, *nec* me *movere*; *merentem*
Vre: minor culpâ poena futura mea est.

Vt *Mitscherlichio* paene succenseam, qui tam egregiam loci illius correctionem, a *Lennepio* summo iure iam receptam, repudiarit: *Nec* enim i. e. in nostro loco *neque tamen* (coll. Heroid. II, 14. *nec* tenuit cursus forsitan ille tuos. XVI, 187. *nec* mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram.) saepe latet corruptum in *et*, *ac*, veluti, si quid video, paullo infra v. 92. his tamen officiis utinam contenta fuissem, *Et* mihi *concubitus* fama sepulta foret! in *et*. Scribendum puto: *nec* mihi *concubitu* famā sepulta foret! i. e. nec *mea fama* concubitu sepulta foret, coll. Ep. ex Pont. I, 5, 85. tunc cum *mea fama sepulta est.* *Petron.* fragm. p. 675. quem laudat *Kuinoelius* p. 11. *fama sepulta probris.* Huic enim emendationi favet totus orationis contextus, ne Dido quiddam humile et se indignum eloquatur. Simili quâdam casus immutatione locum hunc emendandum et illustrandum censeo Heroid. XXI, 165. proiicit ipse *sua deductas* (pro *suas deducta*) fronte coronas, coll. Metam.

VIII, 178. *sumtam de fronte* coronam ..... Art. Amat. II, 528. et *capiti demtas* infore pone *rosas.* Idem de hoc loco *Francio* visum eiusque emendationem a *Lennepio* iam receptam esse, cum maxime animadverto. Etiam Heroid. VII, 160. ed. *Mitscherl.* Mars ferus et *damni* sit modus ille *tui,* praetulerim Burmannianam lectionem *damnis* ..*tuis.* – Cum verbis: *nec me movere,* cf. Heroid. II, 55. *nec moveor,* quod te iuvi portuque locoque. Cum sententià: merentem *Vre,* compara praeter eos locos, quos iam laudat *Heinsius* Tom. I, p. 96. Heroid. XIV, 9. mé pater igne licet, quem non violavimus, *urat* ..... non tamen ut dicant morientia, Poenitet; ora, Efficiet. Ceterum simillimo modo Heroid. XX, 13. nunc quoque idem timeo: sed idem tamen acrius *illud* Assumsit vires auctaque flamma mora est, voci *illud, urit,* quod vere habet Cod. *Monac.* videtur subesse. Vix enim probae latinitatis, quin vix omnino latina sit ista locutio: sed idem tamen *acrius* illud *assumsit vires.* Quis enim dicere non maluerit: *maiores* illud assumsit *vires?* – Ad *urit* autem nihil adverbio illo *acrius* magis idoneum poterit exoptari, si quis contulerit Amorr. II, 19, 3. quod non licet, *acrius urit* Heroid. XIX, 15. vel si minus *acriter urar.* Metam. XIII, 867. uror enim, laesusque exaestuat *acrius ignis.* 802. *acrior igni.* Add. Art. Amat. II, 354. *exarsit* velis *acrius* illa datis. Lectione igitur *urit* pro *illud*

probatâ scribendum erit:

Nunc quoque idem timeo; sed idem tamen acrius urit.

Cui versui alter, causâ additâ, subiungitur:

Assumsit (sc. enim) vires auctaque flamma mora est,

coll. Ep. XXI, 198. nec minor sensisse, notis cum prodar apertis: In dextrum (sc. enim) versos, cum venit ille, latus. al. Denique de nimiâ orationis redundantiâ, *assumsit vires auctaque est*, noli in *Ovidio* sollicitus esse. — Heroid. VIII, 104. ed. *Mitscherl.*

Muneris hoc nobis diruta Troia dedit.

Malim equidem cum *Heinsio*, cui huius loci integritatem debemus, pro *dedit*, *fuit* coll. Remed. Am. 528. *auxilium* multis succus et herba *fuit*, ubi alii *tulit*. Fast. VI, 444. non *est auxilium* flere, Metellus ait. *Heins.* ad Fast. II, 37. — Cod. enim *Vict.* cum aliis nostro loco lectioni *fuit* adstipulatur, atque adiungit etiam scholium, quod, ut non ineptum illius libri scholiorum specimen, libet transscribere: „*Quidam libri sic habent* et munus a nobis diruta Troia fuit, *et exponitur munus* i. e.) non quasi dicat: troia non fuit diruta a nobis, sed potius, nos ab ipsa". — Heroid. IX, 15.

Se tibi pax terrae, tibi se tota aequora debent.

Equidem cum *Lennepio* aliisque lectionem verissimam, quam *Heinsius* ad h. l. ingeniose exco-

gitavit, *tuta* pro *tota* et ipse praeferendam duco. Confunduntur enim in libris manuscriptis *totum* et *tutum* Heroid. XIX, 208. tum placidas *tuto* pectore finde vias. Vbi Cod. *Vict.* cum vulg. *toto*: VII, 71. quidquid id est, *totum* merui, concedite, dicas, ubi Cod. Puteaneus pro *totum*, *tutum*. Sed immoremur paullisper in hoc loco, quem *Lennepius* p. 198. ita interpretatur: *quicquid illud poenae est, quod mihi immittitur, totum meruisse me fateor. At vos, o superi, concedite, condonate mihi peccatum!* Recte quidem priora, duriuscule autem posteriora; cum, ubi *o dii, o superi*, vel simile quiddam in versu exstet, reperire nequeam. Itaque nullam equidem aliam viam Imperativi illius *concedite* recte explicandi video superesse, nisi ut *concedite* pro *concede* accipias atque ad Dido referas, cuius sanguinolentam imaginem ante Aeneae oculos stare fingitur. Quemadmodum enim dicas *concedimus*, pro *concedo*, *concedamus* pro *concedem*, *noster* pro *meus*, *vester* pro *tuus* (Heroid. IX, XVII, 168. XIX, 62. al. Pariter apud Graecos ὑμέτερος), sic poëtam, metri necessitate circumscriptum, *concedite* pro *concede* existimaverim usurpasse.

Eiusd. Heroid. 53.

Vna, recens crimen, *praefertur* adultera nobis. *Praefertur* ediderunt *Burmann.* et *Mitscherl.*, *Heinsio* auctore. *Lennepius* autem eum viderit,

nihil verbo *praefertur* absurdius esse, ex plurimorum librorum, quibuscum Dresd. consentit, lectione *refertur*, reponit *referetur*, nec sane vir doctus multum a vero abest. Cod. enim *Monacensis*, recentissimus quidem liber, sed qui eximiis aliquot lectionibus ex puro et limpido fonte se derivatum esse comprobet, suggerit *referatur*, quo nihil, opinor, verius. Vltima enim cum primis optime iam cohaerent: Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen, Nec *referam* partus, Ormeni nympha, tuos....... Vna, recens crimen, *referatur* adultera nobis. — Idem liber alium quoque locum, quem ad hanc exprimendi occasionem reservavimus, unus omnium restituet integritati. Heroid. XII, 120 enim: meritas subeamus in alto, Tu fraudis poenas, *credulitatis* ego, vox *credulitatis* vehementer languet, si reliqua, quae antecedunt, respicias. Namque maximis Medea se obstrinxerat sceleribus: patrem prodiderat, regnum patriamque suam reliquerat, virginitatem peregrino latroni prostituerat, et quod nefandissimum, suum ipsius fratrem obtruncaverat. Mirari igitur licet, quod sequentibus versiculis illam noster dicentem inducit, non *summae crudelitatis*, sed *credulitatis* poenas sibi dandas fuisse. Sed Cod. *Monac.* lectione *impietatis* optimâ tollitur elumbis et languida vox *credulitatis*, nec difficile est explicare, quî factum sit, ut tam diversa lectio locum germanae occu-

paverit. Lectionem enim *impietatis* interpretati sunt per vocem *crudelitatis*; quod interpretamentum in versuum ordinem librariorum incuriâ receptum (Codd. *Vict.* et Erfurdt. habent *crudelitatis*, coll. *Vbertini* Comment. Ed. *Venet.* MCDXCIX. ad h. l. *cavendum ne legatur crudelitatis: nam oratio nullo pacto exigit: de enim syllaba secunda eius dictionis longa naturaliter, et quam non liceret breviari.*) cum metro repugnaret, a manu doctiori mutatum est in vocem simillimam *credulitatis*. Priori loco, unde ad hunc digressi sumus, priusquam dimittatur, id unum adiiciam. V. enim 52. non tibi crimen erunt, Teuthrantia turba, sorores; Quarum de populo nulla relicta *tibi*, quo melius fulciatur versiculus, *tibi est*, in quo Codd. *Vict.* Dresd. Erfurdt. Gothani consentiunt, legendum intelliges, si teneas, quae *Goerenzius* in programmate: *Tentamen criticum in loca quaedam Carm. Tibull.* p. 6. de finali *est* erudite docuit. Nostri enim loci et ultima vox in brevem, certe ancipitem syllabam desinit, et sequentis versiculi: *una*, recens crimen, referatur adultera nobis, prima vocali incipit. Addamus plures ex *Ovidio* locos, quorum aliquot hâc ex parte corrigendi restant: Heroid. III, 22. nec repetor. cessas, iraque lenta tua *est*. *Ipse* Menoetiades .... II, 144. in necis electum parva futura mora *est*. *Inscribere* .... IV, 102. si Venerem tollas, rustica sylva tua *est*. *Ipsa* co-

mes .... XV, 40. nulla *futura tua est. At mecum* .... Art. Amator. II: 52. hâc nobis Minos effugiendus ope *est. Aëra* non .... Sic enim leg. Cod. *Monac.* Aldi et recentiorum, ut *Burmann.* ad h. l. notat, auctoritate. Fast. I, 278. nec mora, quaesiti reddita caussa mihi *est. Vt populo* .... Ita corrig. ex duobus meorum libris optimae notae.

Heroid. X, 88.

Quid vetat et gladios per latus ire meum? Vulgo: *Quis* .... ut etiam omnes a *Kuinoelio* collati libri. *Heinsius* scite reposuit, *quid vetat* ....., cui facili et ab editoribus iam receptae lectionis correctioni adstipulari hâc datâ occasione monet Codd. *Monac.* et *Vict.*

Heroid. XI, 61.

Spes bona det vires: *fratri nam* nupta futura es. Sic scripserunt *Burmannus*, *Mitscherlichius* et nuperrime *Lennepius.* Quamquam *Heinsius* iam ex nonnullis suorum librorum lectionem, quam nemo neget vulgatâ multo tersiorem esse, *germano nupta futura es*, laudans non immerito videtur suspicari, eam ipsam olim in Puteaneo libro, omnium longe optimo, cuius lectio nunc hoc in loco erasa est, exstitisse. Nova iam illius commemoratae lectionis firmamenta accedunt ex Cod. *Vict.* qui eandem praebet, et Erfurdt. in quo vulgatae adscripta legitur: *vel germano nupta futura.* Noli igitur diutius dubitare, tot locupletissi-

mis testibus, ut par est, fidem habere.

Burmd. Heroid. 67.

Frugibus infantem ramisque albentis olivae

Et levibus vittis sedula cedat anus:

Pictaque sacra facit ....

Omnes Codd. quos inter *Mohac.* Gothani, Dresd., tribus, ut videtur, exceptis Puteaneo, Erfurdt. et *Victor.*, suggerunt *frondibus*, cui lectioni *Heinsius* alteram a paucorum librorum consensu comprobatam praetulit, propterea quod „*si frondibus legas; bis idem dixerit*" poëta. Quam voce in nolim viro, latinorum criticorum principi, excidisse; nec excidisset, si ille memoria tenuisset Metam. IV, 745. percepitque novum *ramis et fronde* rigorem. Heroid. XV, quin etiam *rami* positis lugere videntur *Frondibus* ...... collat. Metam. XI, 46. positis te *frondibus* arbos ....., luxit. Add. ea exempla, quae aliud agens *Heinsius* ipse excitat ad Heroid. V, 110. Intelligit autem idem ille lectionem, cui patrocinatur, *frugibus*, *molâ salsâ*. At *Lennepius*, qui se hoc in loco ad *Heinsii* auctoritatem applicavit, cum probe perspexisset, far tostum et sal sparsum rem ad occultandum infantem minus esse idoneam, *frugibus*, *spicis* interpretatus est. Vtriusque ratio vereor, ne ea tegumenta exhibeat, quibus, ut ab hoc loco alienis, melius careamus. Neque enim molam salsam, nec spicas equidem requiro ad mysterium, quod veteres in cistis recondere et frondibus, infulis in-

volutis, contegere consueverunt (*Horat.* Od. I, 18, 12. nec variis obsita *frondibus* sub divum rapiam. Vbi vid. *Doering.* — Art. Amat. II, 609. condita si non sunt Veneris *mysteria cistis,*) in pompâ circumgestandum. Idem fecisse putanda est nutrix illa Canaces, ut sacrorum reverentia patrem falleret. Add. Heroid. VII, 100 appositae *frondes velleraque alba* tegunt, de Sichaei statuâ. Itaque resituerim *frondibus.*

Heroid. XII, 13. seqq.

Aut, semel in nostras quoniam nova puppis
arenas
Venerat audaces attuleratque viros,
Isset anhelatos, non praemedicatus in ignes,
Immemor Aesonides, oraque adunca boum.

Sic locum scripserunt editores ad unum omnes, nulla explicatione illustratum. Quid enim, si sententiam simplicissimâ ratione interpreteris, fiet particulae *aut*, quae hoc loco mire videtur posita, ne dicam, inaudita? Quam difficultatem priorum librarii temporum cum probe intellexissent, ad ea, ad quae solent, confugerunt, scribentes *at* pro *aut*, sicut in magnâ librorum manuscriptorum parte exstat; quae quidem lectio haud multum iuvat. Sin autem locum ut exclamationem optantis et precantis intelligas, desideratur optâtiva, *o, o, utinam, utinam,* quam memini ab *Ovidio* huiuscemodi sententiis ubique adiici. Sunt fortasse, qui in contrariam partem

